


HOMILIÆ

PER DIVERSOS AVTORES IN EVANGELIA: QVAE DIEBVS DOMInicis iuxta consuetudinem Ecclesię Romanę decantantur; postremo accuratissime reuisæ; & cum pluribus earumdem exemplaribus collatæ: Locis quam pluribus restitutis.





CVM PRIVILEGIO.

APVD INCLYTAM GARNATAM MENSE DECEMBRI.

DXXXIIII.



XANTHVS NEBRISSENSIS AELII ANTONII NEBRISSENSIS F. PIO LECTORI.


Omiliarum lectio cādide Lector: quas proxime, quo magis á vitijs repurgatas typis committeremus, summa cura perlegimus: magnam mihi prębuit ansam admirandi, quin & hominibus aliquot succensendi, qui opus hoc tanquam parum latinum atq; humili & non satis elimato stilo conscriptum calumniātur. Quibus ego, non tā sermonis humilitatem, quā ipsam omnino rei materiam displicere dixerim: qui dum nuclei dulcedinem fastidiunt, corticis duriciem criminantur. Primum enim, si verba ipsa consideres: nō omni á linguę latinę castimonia abhorrere inuenies, pręter pauca admodū, quę nō aliter efferri poterāt. Quid enim mirū si cū noua religiōe, noua vocabula ab ethnicorum vocibus dissidentia, christiani autores ab eorum ritu alieni vsurparunt? Nam quod humilitatem reprehendunt, hoc nimirum ipsum laudi potius dare deberent: quod rem tam sublimem, tā facili & pene pedestri sermone declararint: quod á sermone vulgari, integritate tamē & grauitate seruata, non recesserint. quod christianā humilitatem tam graphice retulerint, & demū popularium animos, populari quoq; sermone docuerint. An vero non hę cōciones erant, & (vt ita dixerim) christianę confabulationes (id. n. sonat homilia) quas sacri illi Pont. grauissimiq; doctores coram populo habebant? In quibus quid quęso aliud est, quam christi doctrina? humili quidem (vt ipsi aiūt) sermone conscripta: sed humilibus tamen hominibus, vt pote christianis prędicāda: sine fastu illo atq; verborum ampullis, quibus inanes alioqui res extendi, atq; ampliari solent. Quamq; mihi ipsi non tam humili charactere depressę videtur: vt non subinde sententiarum grauitate & dictorum acumine insurgant: ac legentiū animos mysteriorum declaratione delectent, veritatis dulcedine alliciant, increpandi vehementia commoueant. Certe cum ab autoribus suis dicerentur, non sine magna audientium attentione, plausu, atq; admiratione excipiebantur. Quorum auribus adeo placebant, immo quorum animis adeo imprimebantur (quod res ipsa indicat) vt Demosthenis (credo) aut Ciceronis oratione, non maiorem, aut delectandi, aut persuadendi vim essent habiturę. Varię sunt, & á varijs autoribus selectę. esto. sed alię alijs pręponantur, prout cuiq; spiritus sanctus gratiā est elargitus: sed in omnibus tamen vnus est christus, cuius sermo, quibuscunq; verbis inclusus, non potest, aut non debet christianorū oculis non resplendere. Neq; vero sine causa effectum est: vt non ab vno omnia sumerētur, quo magis legentium animi ipsa varietate reficiantur. Nam quis interim nō admiretur Augustini doctrinam & grauitatem? Origenis vehementiam? Gregorij candorem? adde his: & Bedę simplicitatem omni ex parte christianam? Deniq; si adeo morosi sunt, vt non nisi purissimam latini sermonis mundiciem, & nescio quas graui hoīe indignas delicias velint, cur alia admittūt? cur alia libenter legūt, atq; in scholis lectitari patiuntur, neq; latiniora his, neq; vtiliora? immo in quibus nihil pręter meras nugas inuenias, auriū pruriritui dum taxat idoneas, linguę indecoras, animo non parum officientes. Quare qui huiusmodi cauillis atq; ineptijs ab huius operis lectione christianos deterreat, is, aut parum se christianū esse, aut rebus serijs male deditum, aut nimio plus delicatum fateatur necesse est: vt qui christiano honori atq; hominū vtilitati parum cōsulit, & veritati nugas, & vtilibus iucunda pręponit. Bene vale Lector optime, & christianā lectionē pie ama, & libēter lege. Garnatę quinto idus decemb. M. D. X X X I I I I.

Segmẽtum ex Euãgelio.Lucæ capi.xxi.littera.E.quod canitur dñica prima aduentus.Hoc prędixit Iesus Anno eius.xxxiij.xi.Kl's.Aprilis feria.iiij.



IN illo tempore.Dixit Iesus discipulis suis.Erũt signa in sole;& luna;& stellis:& in terris præssura gẽtiũ præ confusione sonitus maris & fluctuum: arescẽtibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniẽt vniuerso orbi.Nam virtutes cœlorum mouebuntur.& tunc videbunt filiũ hominis veniẽtem in nube cum potestate magna & maiestate. His autẽ fieri incientibus respicite & leuate capita vestra: quoniã appropinquat redẽptio vestra.Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneã & oẽs arbores cum ꝓducunt iam ex se fructum;scitis: q̃m ꝓpe est æstas.Ita & vos cũ videritis hæc fieri: scitote q̃m ꝓpe est regnũ dei. Amẽ dico vobis.q̃a nõ præteribit gñatio hæc donec oĩa fiãt.Cœlũ & terra trãsibũt:verba aũt mea nõ trãsibũt. Et reliqua.

Filgulneã nõ dicitur latine sed ficꝰ. Celũ & terra transibũt: grece est transibit.placet textus iste necnon & sequẽtium euãgelioꝝ eisdẽ q̃s suffragoꝝ tñ Lau.val. in ad notationibus Noui Testamẽti declarat iter p̃ceteꝛ ĩ multis a forma greca deuiasse quæ poterãt latinius representari vt infra patebit in quibusdam quas nos lectorum causa hic adseruimus.scẽpticũ vt aiũt in viam ponentes.

Homilia beati Gregorij papæ de eadem lectione.habita ad populũ in basilica beati Petri apostoli.dñica.ij. Aduentus domini.

DOminus ac redemptor noster paratos nos inuenire desiderans:senescentem mundum;quæ mala sequantur denũciat vt nos ab eius amore compescat; appropinquante eius termino quantæ percussiones præueniãt innotescit;vt si deum metuere in tranquillitate nolumus;vicinum eius iudicium: vel percussiõibus attriti;timeamus. Huic enim lectioni sancti Euangelij quam modo vestra fraternitas audiuit: Paulo superius dñs præmisit dicens; Surget gens cõtra gentem; & regnum aduersus regnũ: & erunt terręmotus magni per loca:& pestilẽtiæ & fames. & quibusdam interpositis:hoc quod modo audistis;adiunxit. Erunt signa in sole & luna & stellis:& in terris præssura gentium præ confessione sonitus maris & fluctuum. Ex quibus ꝓfecto omnibus alia iam facta cernimus;alia e proximo ventura formidamus.Nam gentẽ super gentem exurgere:earũq; præssurã terris insistere:plus iam in nostris tribulationibus/q̃ in codicibus legimus. q̃ terremotus vrbes innumeras subruat:ex alijs mũdi partibus scitis:q̃ frequenter audiuimus.Pestilentias sine cessatione patimur.Signa vero in sole & luna;& stellis adhuc aperte minime videmꝰ:sed quia & hęc non longe sint;ex ipsa iam aëris immutatione colligimus.Quã-

Mar.xiij.b.

Tex.

Italie p̄secu/tio figura ol/la fuit.

uis priusq̄ italia gentili gladio ferienda traderetur: igneas in cœlo iam vidimus acies ipsum qui postea humani generis fusus est sanguinem coruscantes. Confusio autem maris & fluctuū necdū noua exorta est. Sed cum multa iam prænunciata completa sint; dubiū non est; q̄ sequantur etiam pauca quæ restant: quia sequentium rerum certitudo: est præteritarū exhibitio. Hæc fratres charissimi idcirco dicimus; vt ad cautelæ studiū vestrę mētes euigilēt; ne securitate torpeant; ne ignorantia languescant: sed semper eas & timor solicitet in bono opere/& solicitudo confirmet: pensantes hoc; quod Redemptoris nostri voce subiūgitur. Arescentibus hominibus præ timore & expectatiōe quæ superuenient vniuerso orbi. Nā virtutes cœlorū mouebūtur. Quid enim dominus virtutes Cœlorꝝ; nisi Angelos/Archangelos. Thronos. Dn̄ationes. Principatus & potestates appellat? Quæ in Aduētu districti Iudicis; nr̄is tunc oculis visibiliter apparebūt: vt districte tūc a nobis exigant hoc quod nos modo inuisibilis cōditor æquanimiter portat. Vbi & subditur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate. Acsi aperte diceret. In potestate magna & maiestate visuri sunt; quem in humilitate positum audire noluerunt: vt virtutem eius tanto tūc districtius sentiant: quanto nunc ceruicem cordis ad eius patientiam non inclinant. Sed quia hæc contra reprobos dicta sunt: mox ad electorum consolationem verba vertuntur. Nam subditur. His autē fieri incipientibus: respicite & leuate capita vestra. q̄m appropinquat redēptio vestra. Acsi aperte veritas discipulos suos ammoneat; dicens. Cum plagę mundi crebrescunt: cum terror iudicij virtutibus commotis ostenditur: leuate vos capita vestra. idest exhilarate corda vestra: quia dum finitur mundus; cuiꝰ amici nō estis: prope fit redemptio: quam quæsitis. In scriptura enim sacra sæpe caput pro mente accipitur: quia sicut capite regūtur mēbra; ita cogitationes mente disponuntur. Leuare itaq̄ capita: est mentes nostras ad gaudia patriæ cœlestis erigere. Qui ergo deum diligūt ex fine mūdi gaudere atq̄ hilarescere iubētur: quia eum quē amant mox inueniūt: dum trāsit is quem non amauerunt. Absit enim; vt fidelis quisq̄ qui deum videre desiderat: de mūdi percussionibus lugeat: quem finire eisdem suis percussionibus non ignorat. Scriptū nanq̄ est. Quicunq̄ voluerit amicus esse huius sæculi; inimicus dei cōstituitur. Qui ergo appropinquante mundi fi

Sequentium rerum certitudo est p̄teritarū exhibitio.

Textus.

Virtutes cœlorum que dicuntur.

Textus.

Textus.

Caput p̄ mente sepe ponit̄.

Iaco. iiij. b.

ne non gaudet; ami cum se illius esse testatur: pacer hoc inimicus dei esse conuincitur. Sed absit hoc a fidelium cordibus; absit ab his qui & esse aliam vitam per fidẽ credũt: & eam per operationẽ diligunt. Mundi enim destructionẽ lugere eorum est: qui radices cordis in eius amore plantauerũt: qui sequentem vitam non credunt: qui eam nec esse suspicantur. Nos autẽ qui cœlestis patriæ gaudia æterna cognouimus: festinare ad ea quãtotius debemus. optandũ nobis est citius pergere atq; ad illam via breuiori peruenire. Quibus enim malis nõ mũdus vrgetur? Quæ nos tristitia: quę aduersitas non angustat? Quid est vita mortalis nisi via? Et quale sit fratres perpendite in labore viæ suæ lacessere: & tamen eandẽ viam nolle finiri. Qđ aũt calcari mũdus ac despici debeat: Redemptor noster prouida comparatione manifestat: cum ꝓtinuns adiungit. Videte ficulneã & oẽs arbores cum producũt iam ex se fructũ; scitis qm̃ ꝓpe est æstas: ita & vos cũ videritis hæc fieri scitote quoniã ꝓpe est regnũ dei. Ac si aperte dicat. Sicut ex fructu arborum vicina æstas agnoscitur; ita ex ruina mũdi prope esse cognoscitur regnum dei. Quibus verbis ostenditur: quia fructus mundi ruina est. ad hoc enim crescit vt cadat: ad hoc germinat: vt quæcunq; germinauerit cladibus cõsumat. Bene autẽ regnũ dei æstati cõparatur: quia tũc mœroris nostri nubila trãseunt: & vitæ dies æterni solis claritate fulgescunt. Quæ omnia sub magna certitudine confirmanẽ: cum dicit Amẽ dico vobis: nõ præteribit generatio hæc donec oĩa fiant. cœlũ & terra transibũt: verba autẽ mea nõ transibunt. Nihil in rerũ corporaliũ natura cœlo & terra durabilius: & nihil in rerũ natura tã velociter q̃ sermo transit. Verba eñ quousq; imperfecta sunt: verba non sunt. cum vero perfecta fuerint: oĩno iam nõ sunt. quia nec perfici nisi trãseũdo possunt. Ait ergo cœlũ & terra trãsibũt; verba autẽ mea nõ trãsient. ac si dicat. Oĩe quod apud vos durabile est & sine mutatiõe. ad æternitatem durabile nõ est: & oĩe quod apud me trãsire cernit: fixũ & sine trãsitu tenetur: quia sine mutabilitate manẽtes sentẽtias exprimit me⁹ sermo qui transit. Ecce fratres iam cernimus quod audiebam⁹ nouis quotidie & crebrescentibus malis mundus vrgetur. ex illa plebe innumera quãti remanseritis; aspicitis; & tamẽ adhuc quotidie flagella vrgent. repentini casus opprimunt. nouę nos & improuisę clades affligunt. Sicut enim in iuuentute viget corpus; forte & incolume manet pect⁹; torosa ceruix: plana sunt brachia: in annis

Vita mortalis via est.

Textus.

Fructus mundi ruina est.

Textus.

Luce. xxi.

Verborum ratio.

Sententie xp̃i manentes.

Iuuentute pulchra deficit (?) potior (?)

In annis autem senilib⁹ statura curuatur, ceruix exsiccata deponi tur, frequentibus suspirijs pectus vrgetur, virtus deficit, loquen tis verba anhelitus intercidit. Nam & si langor plerũq; senibus
Senum salus egritudo est. desit: ipsa sua salus tm̃ egritudo est, ita mũdus in annis priorib⁹ ve lut in iuuentute viguit: aut ad propagãdam humani generis pro lem robustus fuit; salute corporum viridis, opulentia rerum pin guis: at nunc ipsa senectute sua deprimitur: & quasi ad vicinã mor tem molestijs crebrescentibus vrgetur. Nolite ergo fratres dilige
i. Io.c.ij.c. re; quem videtis diu stare non posse: precepta Apostoli in animo ponite; quibus nos ammonet: dicẽs. Nolite diligere mundũ: neq;
Diligere mũdum periculosum est. ea quæ in mundo sunt. Quia si quis diligit mundum: non est charitas patris in eo. Nudiustertius fratres agnouistis q; subito turbi ne annosa arbusta eruta: destructæ domus atq; Ecclesiæ a funda mẽtis euersæ sunt. Quanti ad vesperum sani atq; incolumes actu ros se in crastinum aliquid putabant: & tamen nocte eadem repẽ tina morte defuncti sunt: in laqueo ruinæ deprehensi? Sed conside randum nobis est; q; ad hæc agẽda inuisibilis iudex ventis tenuissi mis spiritũ mouit: vnius procellam nubis excitauit & terram sub ruit: casura tot ædificiorum fundamenta concussit. Quid ergo iudex ipse facturus est; cum per semetipsum venerit; & in vltionẽ peccatorum ira eius exarserit. Si portari non potest: cum nos per tenuissimam nubem ferit: in iræ ei⁹ præsentia quæ caro subsistet? si ventum mouet & terram subruit: concitauit aẽra: & tot ædificia strauit? Hanc districtionem venturi iudicis Paulus cõsiderans: ait. Horrendum est incidere in manus dei viuẽtis. Hinc Psalmista ait.
Ad heb.x.f. Psal.xlix. Deus manifeste veniet: deus noster & nõ silebit; ignis in cõspectu
Iudicij dies semper ante oculos ponẽdus est. eius ardebit; & in circuitu eius tẽpestas valida. Districtionem quip pe tantæ iusticię tempestas ignisq; comitãtur: quia tempestas exa minat, quos ignis exurit. Illum ergo diem ante oculos ponite: & quicquid modo graue creditur: in eius comparatione leuigatur.
Sopho.i.d. De illo enim die per prophetã dicitur. Iuxta est dies dñi magnus; iuxta est & velox nimis. Vox diei dñi amara valde: tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa; dies tribulatiõis & angustiæ: dies cala mitatis & miseriæ: dies tenebrarũ & caliginis: dies nebulæ & tur binis: dies tubæ & clangoris. De hac die dñs iterũ per ꝓphetam
Aggei.ij.b. dicit. Adhuc semel & ego mouebo: nõ solum terrã: sed etiam cœ lum. Ecce (vt diximus) aẽrẽ mouit: & terrã subruit. quis ergo ferat eum cœlos mouerit? Quid aũt terrores quos cernimus; nisi sequẽ

tes ire præcones dixerim? Vnde considerare necesse est; quia ab illa tribulatione vltima: tantũ sunt tribulatiões istæ dissimiles: quã tum a potentia iudicis persona prҫconis distat. Illũ ergo diem tota intentione cogitate: vitam corrigite: mores mutate: mala tentãtia resistendo vincite: perpetrata fletibus punite. Aduentũ nãq; ҫterni iudicis tanto securiores quãdoq; videbitis: quanto nunc districtionem eius timendo præuenitis.

Terrores presentes sunt preCones ire sequentis.

Segmentum ex euangelio Matthҫi cap̃.xi.A. quod canitur dominica.ij. aduentus. Hoc prædixit Iesus anno ei⁹.xxxi.idus decẽb.feria.vi.



IN illo tẽpore. Cũ audisset Ioãnes in vinculis opera christi: mittens duos de iscipulis suis: ait illi. Tu es qui venturus est: an alium spectamus? Et respõdens Iesus ait illis. Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis: cҫci vident: claudi aubulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgũt: pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertũ videre arundinem vento agitatã? Sed quid existis videre? Hominẽ mollib⁹ vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur; in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiã dico vobis & plusq; prophetã. Hic est enĩ de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelũ meum ante faciẽ tuam; qui præparabit viam tuam ante te. Et reliqua.

Audistis & vidi. multo vterioris est sensus auditis & videtis secundũ laurentiũ in presenti q̃ in preterito.
Vento agit. Lau. grece est que vẽto agitatur. Et cete molliã ferẽtes in do. &c.
Mala.iij.a.
Marci.j.a.

Homilia beati Gregorij papæ de eadẽ lectione. Habita ad populum in basilica sanctorum Marcellini & Petri die natalis eorũ. Dñica. iij. aduẽt⁹.

QVærendum nobis est fratres charissimi Ioãnes ꝓpheta & plusq; ꝓpheta; qui veniẽtẽ ad iordanis baptisma: dñm ostedit; dicẽs. Ecce agnus dei. Ecce q̃ tollit peccata mũdi: qui humilitatẽ suã; & diuinitatis eius potẽtiã cõsiderãs; ait. Qui de terra est; de terra loquit̃. q̃ de cœlo venit; sup oẽs est. cur in carcere posit⁹ mittẽs discipulos: requirit. Tu es qui vẽtur⁹ est: an aliũ expectam⁹. A Tãq; si ignoraret; quẽ ostẽderat: & an ipe sit nesciat: quẽ ipm esse baptizãdo; ꝓphetando; & ostendẽdo clamauerat. Sed hæc citius quæstio soluit̃; si gestæ rei tẽpus & ordo pensat̃. Ad iordanis enĩ fluẽta positus q̃a ipse redẽptor mũdi esset asserebat; missus vero in carcerẽ; an ipe veniat requirit. Nõ q̃a ipsum esse mũdi redẽptorẽ

Joan.j.d.
Joan.iij.d.
Mat.xj.
Textus.

dubitet:sed quærit; vt sciat si his qui per se in mundũ venerat:p se etiã ad inferni claustra descendat. Quẽ enim præcurrẽs nascẽdo mũdo nunciauerat:hũc moriẽdo & ad inferos præcurrebat. Ait ergo. Tu es qui venturus es:an aliũ expectam⁹? Acsi dicat. Sicut pro hominib⁹ nasci dignatus es:an etiã pro hominib⁹ mori digneris insinua; vt qui natiuitatis tuæ præcursor extiti, mortis etiã pręcursor fiam; & venturũ inferno te nũciẽ: quẽ iã venisse mundo nunciaui. Vnde & inquisitus dñs enumeratis potentiæ suæ miraculis: de mortis suę humilitate protinus respondit; dicẽs. Cæci vident. claudi ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt. paupetes euangelizantur; & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Visis tot signis tantisq; virtutibus: nõ scandalizari potuit quisq;:sed admirari. Sed infidelium mẽs graue in illo scandalum pertulit: cum eum post tot miracula moriẽtem vidit. Vnde & Paulus dixit, Nos prædicamus christum crucifixũ. iudæis quidem scandalum; gentibus autem stultitiam. Stultum quippe hominibus visum est; vt pro hominibus autor vitæ moreretur:& inde contra eũ homo scandalũ sumpsit: vnde ei plus debitor fieri vt honoraretur; debuit. Nã tantũ deus ab omnibus dignius honorãdus est: quantũ p hominib⁹ indigna suscepit. Quid est ergo dicere. beat⁹ est qui nõ fuerit scandalizat⁹ in me: nisi aperta voce obiectionem mortis scire: humilitatemq; signare? Acsi dicat. Mira quidem facio: sed abiecta perpeti nõ dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor: cauendũ est valde hominibus ne in me mortem despiciant; qui signa venerãtur: Sed dimissis Ioannis discipulis; quid de eodem Ioãne turbis dicat; audiamus. Quid existis in desertũ videre arundinem vento agitatam? Quod videlicet non asserendo: sed negando intulit. Arundinem quippe mox vt aura contigerit: in partem alterã flectit. Et quid per arundinem nisi carnalis animus exprimitur. qui mox vt fauore; vel detractione tangitur in partem aliquam inclinatur? Si enim ab humano ore aura fauoris flauerit: hilarescit; extollitur: totumq; se ad gratiã inflectit. sed si inde vẽtus detractionis eruperit; vnde laudis aura veniebat: mox hunc quasi in partem alteram ad vim furoris inclinat. Sed arundo vento agitata Ioannes nõ erat: quia hũc; nec blandũ gratia; nec cuiuslibet detractio in ira asperum faciebat. nec pspera hũc erigere: nec aduersa nouerãt inclinare. Arundo ergo vento agitata Ioannes nõ erat; quem a status sui rectitudine nulla

Joannes baptista dubitauit an ad inferos christus descenderet.

Textus.

i. Corin. i. c.

Textus.

Carnalis animus per arũdinem designatur.

rerum varietas inflectebat. Discamus igitur fratres arũdo vento agitata nõ esse. Solidemus animum inter aures linguarũ positũ. stet inflexibilis status mentis. nulla nos detractio ad iram prouocet: atq; ad remissionem inutilis gratiæ nullus fauor inclinet: non nos prospera eleuent: non aduersa perturbẽt: vt qui in soliditate fidei figimur: nequaq; rerum transeuntium mutabilitate moueamur. Adhuc autẽ de eius sanctitate subiũgitur. ☞ Sed quid existis videre in desertum hominẽ mollibus vestitũ? Ecce qui mollibus vestiunt̃: in domib⁹ regum sunt. ◿ Comelorꝝ etenim pilis cõtextis vestis Ioannes describitur fuisse. Et quid est dicere. Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regũ sunt: nisi aperta sentẽtia demõstrare: quia non cœlesti sed terreno regno militant; hi qui pro deo perpeti aspera fugiunt: sed solis exteriorib⁹ dediti præsentis vitæ molliciẽ & delectationẽ quærunt? Nemo ergo existimet in fluxu atq; studio preciosarum vestium peccatum deesse: q̃a si hoc culpa non esset: nullo modo Ioannẽ dñs de vestimẽti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset: nequaq; Petrus apostolus ꝑ epistolam suam fœminas a preciosarum vestium apetitu compesceret: dicẽs. Non in veste preciosa. Pensate ergo quę culpa sit hoc viros appetere: a quo curauit pastor ecclesię fœminas prohibere. Quã uis hoc ꝙ Ioannes non esse vestitus mollibus dicitur: per significationem intelligi & aliter potest. Mollib⁹ enim vestitus non fuit: quia vitã peccãtium non blandimentis fouit; sed rigore asperę inuectionis increpauit: dicens, Genimina viperarum: quis vobis demõstrauit fugere a vẽtura ira? Vnde & ꝑ Salomonẽ dicit̃. Verba sapientium quasi stimuli: & sicut claui in altum defixi. Clauis quippe atq; stimulis sapientium verba comparantur: quia culpas delinquentiũ nesciunt palpare: sed pungere. ☞ Sed quid existis videre prophetam? Etiã dico vobis & plusq; prophetã. ◿ Prophetæ quippe ministerium est ventura prædicare: nõ autẽ demõstrare. Ioãnes ergo plusq; propheta est: quia eum quẽ præcurrẽdo prophetauerat: etiam digito demonstrauit: & ostendẽdo nunciabat. Sed quia arundo vento agitata esse denegatur: quia nõ esse mollibus vestitus dicit̃: quia ꝓphetę nomẽ huic impar esse perhibetur: iã quid digne dici possit audiuimus. Sequit̃. ☞ Hic est de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelum meũ ante faciẽ tuã: q̃ præprabit viã tuã ante te. ◿ Quod em̃ grecæ angelus: hoc latine nũcius dicitur. Recte ergo qui nũciare supernum iudicem mittitur: angelus

[Margin notes: Non debem⁹ esse arũdo agitata vento. — Textus. — Vestibus preciosis vti peccatum est. — j. Timo. ij. c. — Matt. iij. b. — Luce. iij. b. — Eccle. xij. — Textus. — Textus. — Angelus grece: nuncius latine.]

vocat: vt dignitatem seruet in nomine; quã explet in operatione. Altũ quidem nomen est; sed vita nomine inferior non est. Vtinã fratres charissimi nõ ad iudiciũ nostrũ dicamus; quia oẽs qui sacerdotij nomine cẽsentur angeli vocantur, ꝓpheta attestante qui ait. Labia sacerdotis custodiũt sciẽtiã: & legẽ requirẽt ex ore ius; quia angel⁹ dñi exercituũ est. Sed huius altitudinẽ nominis etiã vos si vultis potestis promereri. Nã vnusquisq; vestrũ in tantum sufficit in quantũ gratiã superne aspirationis accepit; si a prauitate proximũ reuocat, si exhortari ad bene operãdũ curat; si æternũ regnũ suppliciũ ve erranti denũciat; cũ verba sanctæ annũciationis impẽdit; pfecto angelus existit. Et nemo dicat. Ammonere nõ sufficio; exhortari idoneus non sum; quantum potes exhibe; ne male seruatũ quod acceperas talẽtũ in tormentis exigaris. Neq; enim plusq; vnum talentũ acceperat; qui hoc abscõdere magis studuit: q̃ erogare. Et scim⁹ qm̃ in dei tabernaculo nõ solũ phialę sed præcipiente dño etiam cyathi facti sunt. Per phialas quippe doctrina exuberãs; per cyathos parua atq; angusta sciẽtia designatur. Ali⁹ doctrina veritatis plenos audientium mentes inebriat; per hoc ergo quod dicit; profecto phialam porrigit. Alius explere quod sentit; nõ valet; sed quia hoc vtrũq; denũciat; profecto per cyathum potũ præbet. In dei ergo tabernaculo; idest in sancta ecclesia positi; si per doctrinæ sapientiam ministrare phialas non potestis: in quantũ pro diuina largitate sufficitis; proximis vestris boni verbi cythos date. In quantum vos profecisse pensatis; etiã alios vobiscum trahite: in via dei socios habere desiderate. Si quis vestrũ fratres ad forum aut fortasse ad balneum pergit; quem ociosum esse cõsiderat; vt secum veniat; inuitat. Ipsa ergo terrena actio vos vestra conueniat; & si ad eum tenditis; curate ne ad eum soli veniatis. Hinc enim scriptum est. Qui audit; dicat veni. Vt qui iam in corde vocem superni amoris acceperit; foris proximis vocem exhortationis reddat. Et fortasse panem vt indigenti eleemosynam porrigat; nõ habet. sed maius est quod tribuere valet; qui linguam habet. Plus est enim verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere: q̃ ventrem morituræ carnis terreno pane satiare. Nolite ergo fratres proximis vestris eleemosynam verbi subtrahere. Mecum vos ammoneo; vt ab ocioso sermone parcam⁹. inutiliter loqui declinem⁹: in quãtũ retinere linguã preualemus: in ventum verba non defluant; cum iudex dicat. Omne verbum

Malac. ij. b

Sacerdos quilibet angelus dicitur.

Vnusquisq; tenetur erogare talentum

Tria vasa exponuntur.


Apoc. xxij. d.

Doctrina alimento corporis anteferenda est.

Math. xij. d.

ociosum quod locuti fuerint homines; reddent rationem de eo in die iudicij. Ociosum quippe verbum est; quod aut vtilitate rectitudinis aut rõne iustæ necessitatis caret. Ociosa ergo colloquia ad ædificationis studium vertite: & celerrime huius vitæ tempora fugiant cõsiderate; q̃ districtus Iudex veniat attẽdite. Hũc ante oculos cordis vestri ponite; hunc proximorum vestrorum mentibus intimate; vt inquantum vires suppetunt; si annunciare eum nõ negligitis: vocari angeli ab eo cum Ioanne valeatis. Verbũ ociosũ quale est.

Segmentum ex Euangelio Ioannis. cap.i. b. quod canitur dñica.iij. aduentus. Historia huius Euangelij facta est Anno Christi, xxxi. kl's. Maij. fer. iiij.



IN illo tempore. Miserũt iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioannẽ: vt interrogarẽt eũ. Tu qui es? Et confessus est & non negauit: & confessus est: quia non sum ego Christ⁹. Et interrogauerũt eum: quid ergo? Helias es tu. Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit; non. Dixerũt ergo ei. Quis es? vt respõsum demus his qui miserũt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto. Dirigite viam domini: sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant; erant ex Pharisæis: & interrogauerũt eum: & dixerunt ei. Quid ergo baptizas: si tu non es Christus: neq; Helias; neq; Propheta? Respõdit eis Ioannes dicẽs. Ego baptizo in aqua. Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis: ipse est qui post me venturus est: qui ante me factus est; cuius ego non sum dignus; vt soluam corrigiã calciamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans iordanẽ; vbi erat Ioannes baptizans. Et reliqua. Esa. xl. a. Ipse est qui post. &c. Aliter in annotationibus legit valla: sic licet. Ipse est qui post me veniens ante me genitus est.

Homilia beati Gregorij papæ de eadem lectione. Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli. dominica iiij. aduentus.

EX huius nobis lectionis verbis fratres charissimi: Ioãnis humilitas commendatur. qui cum tantæ virtutis esset; vt Christus credi potuisset; eligit solide subsistere in se: ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est: & non negauit; & confessus est: quia non sum ego Christus. Sed quia dixit non sum: negauit plane q̃ non erat: sed non negauit; quod erat; vt veritatem loquẽs; eius membrum fieret. cuius sibi nomen fallaciter non vsurparet. Cum ergo non vult appetere nomẽ Christi; fa Textus.



ctus est membrum Christi. Quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere: illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ex lectione alia Redemptoris nostri sententia ad mẽtem reducitur: ex huius nobis lectionis verbis quæstio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus dominus a disci-
Matt. xvij. b pulis de Heliæ aduentu: respondit. Helias iam venit; & nõ cognouerunt eum: sed fecerunt in eum quæcunq; voluerunt. Etsi vultis scire. Ioannes ipse est Helias. Requisitus autẽ Ioannes dicit. Non
Concordia euangeliorum redditur. sum Helias. Quid est hoc fratres charissimi: quia qđ veritas affirmat; hoc Propheta veritatis negat? Valde nanq; inter se diuersa sunt; ipse est, & non sum. Quomodo ergo Propheta veritatis est: si eiusdem veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter
Luce. j. b. veritas ipsa requiratur: hoc quod inter se contrarium sonuit: quomodo contrarium non sit: inuenitur. Ad zachariam nãq; de Ioã-
Ioannes baptista in quibus est imitatus heliam. nis promissione angelus dicit. Ipse præcedet ante eum in spiritu & virtute Heliç. Qui idcirco venturus in spiritu & virtute Heliç dicit: quia sicut Helias secundum dñi aduẽtum prçueniet: ita Ioãnes præuenit primum. Sicut ille præcursor venturus est iudicis; ita iste præcursor factus est Redẽptoris. Ioãnes igit in spiritu Helias erat; in persona Helias nõ erat. Quod ergo dñs de Heliæ fatetur spiritu: hoc Ioãnes denegat de persona; quia & iustum sic erat: vt & discipulis dominus de Ioanne spiritualem sententiam diceret: & Ioãnes eisdem turbis carnalibus non de suo spiritu: sed de corpore responderet. Contrariũ ergo veritati videtur esse quod Ioãnes sonuit: sed tamen a veritatis tramite non recessit. Qui cum se etiam Prophetam negat: quia videlicet non solũ poterat Redemptorem prædicare: sed etiam demonstrare; quis nam sit, continuo
Textus. exprimit; cum subiungit. Ego vox clamantis in deserto. Scitis
j. Joan. j. a. fratres charissimi; quia vnigenitus filius verbum patris vocatur; Ioanne attestante; qui ait. In principio erat verbum: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Et ex ipsa vestra locutione cognoscitis: quia prius vox sonat: vt verbum postmodum possit audiri. Ioannes ergo vocem se esse asserit: quia verbum prçcedit.
Ioannes baptista qre dictus est vox. Aduentum itaq; dominicum præcurrens vox dicitur: quia per eius ministerium patris verbum ab hominibus auditur. Qui etiã in deserto clamat: quia derelictæ, ac destitutæ Iudeæ solatiũ Redemptoris annũciat. Quid autem clamet: insinuat: cum subiũgit.
Textus. Dirigite viam domini: sicut dicit Esaias propheta. Via domini ad

cor dirigitur; cum veritatis sermo humiliter auditur. Via domini ad cor dirigitur; cum ad eius præceptũ vita præparatur. Vnde scriptum est. Si quis diligit me sermonẽ meum seruabit: & pater me⁹ diliget eum; & ad eum veniemus; & mansionem apud eum faciemus. Quisquis ergo in superbiam mentem eleuat; quisquis auariciæ æstib⁹ anhelat: quisquis se luxuriæ inquinationibus polluit; cordis ostiũ contra veritatem claudit: & ne ad se dominus veniat; claustra animi seris vitorũ damnat. Sed adhuc qui missi sunt per cunctantur. Quid ergo baptizas si tu non est Christus; neq; Helias; neq; ppheta? Quod quia nõ ex studio cognoscendæ veritatis: sed malicia exercendæ æmulatiõis dicitur: Euãgelista tacite innotuit; cum subiũxit. Et qui missi fuerãt; erãt ex Pharisæis. Ac si aperte dicat. Illi Ioannem de suis actibus requirunt: qui doctrinam nesciũt quærere: sed inuidere. Sed sanctus quisq; etiam cum a peruersa mente requiritur: a bonitatis suæ studio non mutatur. Vnde Ioãnes quoq; ad verba inuidiæ: prædicamẽta respondit vitæ. Nam protinus adiungit. Ego baptizo in aqua: medius autẽ vestrũ stetit/ quem vos nescitis. Ioannes non spiritu: sed aqua baptizat: quia peccata soluere non valens: corpora baptizatorum aqua lauat: sed tñ mẽtem per veniã nõ sanat. Cur ergo baptizat; qui peccata per baptismũ nõ relaxat: nisi vt præcursionis suæ ordinem seruans; qui nasciturum nascẽdo preuenerat; baptizaturũ quoq; dñm baptizando præueniret: & qui prædicãdo præcursor factus est Christi. baptizando etiã præcursor eius fieret imitatione sacramenti? Qui inter hæc mysterium nostri Redẽptoris annuncians: hunc in medio hominũ & stetisse asserit & nesciri. quia per carnem dominus apparens: & visibilis extit corpore: & inuisibilis maiestate. De quo etiã subdidit. Qui post me venit: ante me factus est. Sic nãq; dicit. ante me factus est. acsi dicat; ante me positus. Post me ergo venit: quia postmodum natus: ante me autem factus: quia mihi prælatus. Sed hoc Paulo superius dicens etiã prelationes: eius causas aperuit cum subiũgit. Quia prior me erat. Acsi aperte dicat. Inde & iam post me natus superat: quo eum natiuitatis suæ tempora non angustãt. Nam qui per matrem in tempore nascitur: sine tempore ex patre generatur. Cui quãte reuerentiæ humilitatem debeat: subdendo manifestat. Cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamẽti. Mox apud veteres fuit; vt si quis eam quæ sibi competeret accipere vxorem nollet; ille ei cal-

Joan. xiiij. c
Cordis ostiũ multi contra veritatem claudunt.
Textus.
Baptismi ioannis erat in aqua.
Secretũ verborum aperitur.
Baptizando et prædicando fuit ioannes precursor dñi.
Textus
Textus
Solue corrigiam calciamenti quid significat

ciamẽtum solueret. qui ad hãc sponsus iure ꝓpinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Xp̃s: nisi spõsus sanctę ecclesiæ apparuit: de quo & ipse Ioannes dicit. Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Ioannem homines christum esse putauerũt: quod idem Ioannes negat; recte se indignum esse ad soluendam corrigiã ei⁹ calciamenti denũciat. Ac si aperte dicat. Ego Redemptoris vestigia denudare nõ valeo: quia nomẽ spõsi mihi immerito non vsurpo. Quod tamẽ intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat ꝙ calciamenta ex mortuis animalibus fiant? Incarnatus vero dominus veniẽs: quasi calciatus apparuit: quia in diuinitate sua morticinia nostrę corruptionis assumpsit. Vnde etiam per Prophetã dicitur. In idumęam extendam calciamẽtum meum. Per idumęam gentilitas: per calciamenta assumpta mortalitas designatur. In idumęam ergo dominus calciamẽtum suum se extẽdere asserit: quia dum per carnem gẽtibus innotuit: quasi calciata ad nos diuinitas venit. Sed huius incarnationis mysterium: humanus oculus penetrare non sufficit. Inuestigari enim nullatenus potest/quomodo incorporatur verbum/quomodo summus & viuificator spiritus intra vterum matris animatur; quomodo is qui initium non habet/existit & concipitur. Corrigia ergo calciamenti: est ligatura mysterij. Ioannes itaq; soluere corrigiam calciamenti eius non valet: quia incarnationis eius mysterium: nec ipse inuestigare sufficit: qui hanc per Prophetiæ spiritũ agnouit. Quid est ergo dicere non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius: nisi aperte: & humiliter suam ignorantiam profiteri? Ac si patẽter dicat. Quid mirum si ille mihi prælatus est; quem post me quidẽ natum considero: sed natiuitatis eius mysteriũ non apprehẽdo? Ecce Ioannes Prophetiæ spiritu implet⁹; mira sciẽtia emicat: sed tamẽ illud de se insinuat/quod ignorat. Qua in re pensandũ nobis est fratres charissimi & tota intẽtione cogitãdum: quomodo sancti viri & vt humilitatis in se virtutem custodiant; cum quędam mirabiliter sciunt illud ante mentis oculos student reuocare quod nesciunt: vt dum ex parte alia infirmitatẽ suã cõsiderãt: ex ea parte qua perfecti⁹ est eorũ se anim⁹ nõ extollat. Sciẽtia etenim virt⁹ est: humilitas etiam custos virtutis. Restat ergo vt in oĩe quod scit: se mẽs deprimat: ne quod virt⁹ sciẽtiæ cõgregat: vẽt⁹ elationis tollat. Cum bona fratres agitis: semꝑ ad memoriã mala acta reuocate: vt dũ cl'pa caute cõspicitur: nũq; de bono opere incaute anim⁹ lætetur. Superiores

Ioan. iij. d. — Ps. lix. — Christi incarnatio vix inuestigari pt. — humilitas est custos virtutis.

inuicē in via dei(eos maxime q vobis cōmissi nō sunt)proximos vr̃os attēdite. Quia & quos agere aliqua praua cōspicitis:quæ in eis lateant bona:nescitis. Magn⁹ ergo vnusquisq₃ studeat esse:sed tamen aliquo modo esse se magnum nesciat: ne dum sibi magnitudinē arroganter tribuit: aliquid ex bonis amittat;qđ intus erat. Hinc per ꝓphetā dicit̃. Vę qui sapientes estis in oculis vestris: & corā vosmetipsis prudētes. Hinc Paulus ait. Nolite prudētes esse apud vosmetipsos. Hinc cōtra superbiētē Saul dicit̃. Cū esses paruulus in oculis tuis: caput in tribubus israel factus es. Acsi aperte diceret. Cū tu te paruulū cōspiceres:ego te prę cęteris magnū feci quia vero nūc tu te magnū cōspicis;a me paru⁹ æstimaris. Quod cōtra Dauid cū regni potentiā coram arcā dñi saltādo despiceret: dixit. Ludā & vilior fiā plusq₃ factus sum:& ero humilis in oculis meis. Quē enim nō extolleret ora leonū frāgere:vrsorū brachia dissipare;despectis prioribus fratrib⁹ eligi: reprobato rege ad regni gubernacula vngi:timēdū cūctis vno lapide Goliā sternere; á rege pręposita extinctis Allophilis numerosa præputia reportare:regnū ex promissione percipere; cunctūq₃ israeliticū populū sine vlla cōtradictione possidere;& tñ in cunctis se despicit;qui in suis oculis esse se humilē cōfitetur. Si igitur sancti viri etiā cum agūt fortia/de semetipsis vilia sentiūt:quid in sua excusatiōe dicturi sunt:q sine opere virtutis intumescunt: Sed & si quælibet bona assint opera:nulla sūt nisi ex humilitate cōdiant̃. Mirāda quippe actio cū electione nō eleuat; sed grauat. Qui eñ sine humilitate virtutes cōgregat:quasi in ventū puluerē portat. Et vnde ferre aliquid cernit;inde deteri⁹ cęcat̃. In cūctis igit̃ quę agitis fratres mei; radicē boni operis humilitatē tenete : nec quib⁹ iā superiores:sed quib⁹ adhuc inferiores estis aspicite : vt dū meliora vobis exēpla proponitis:ad maiora semper ascēdre ex humilitate valeatis.

Esa.v.d. Ad ro.xij.d. j.Regū.xij.d. Dauid humilitas & preclara gesta. ij.re.xvj.d. Opera bona sine humilitate nihil sunt.

Segmentū ex euangelio Lucæ.cap.iij.A.quod canitur in dñica.iiij.aduentus.tēpus historiæ designat littera. & erat Ioannes tunc. XXX.annorum.



Anno quinto decimo imperij Tiberij cæsaris: procurante pontio Pilato iudæam:tetrcha autem galilęę Herode: Philippo autē frater eius tatrarcha ituræ & trachonitidis regiōis & lysania abiline tetrarcha;sub principib⁹ sacerdotū Anna & Cai-

pha: factum est verbum dñi super Ioannem zachariæ filiū in deserto. Et venit in omnem regionem iordanis prędicans baptismū pœnitentiæ in remissionem peccatorū; sicut scriptum est in libro sermonū Esaiæ prophetæ. Vox clamantis in deserto: Parate viā dñi: rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur: & erūt praua in directa: & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare dei.

Et venit in om. reg. ior. aliter aduotauit Valla. s. Et venit in oēm regiones circa iordanē

Homilia beati Gregorij papæ de eadē lectione. Habita ad populū in basilica sancti Ioannis baptistæ sabbato quattuor tēporū ante natale Xpi.

Redemptoris nostri præcursor / quo tēpore verbum prædicationis acceperit: memorato romanę rei publicæ principe: & iudeę regibus designatur: cum dicitur. Anno quintodecimo Imperij Tyberij cæsaris, pcurante Pōtio pilato iudæā: tetrarcha autē galileę herode. &c. Quia enim illum prędicare veniebat: qui & ex iudæa quosdā & multos ex gentib⁹ redempturus erat, per reges gentium & principes iudæorum prędicationis eius tēpora designantur. Quia autem & gentilitas colligēda erat: & iudæa pro culpa perfidię dispergenda: ipsa quoq; descriptio terreni principatus ostēdit. Quoniam & in romana republica vnus præfuisse describitur: & in iudeæ regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce etenim nostri Redēptoris dicitur. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Liquet enim q̄ ad finem regni iudæa peruenerat: quæ tot regibus diuisa subiacebat. Apte quoq; non solum quibus regibus: sed quibus etiam sacerdotibus actum sit: demōstratur. Quia illum Ioānes baptista prædicabat: qui simul rex & sacerdos existeret. Lucas euangelista prædicationis eius tempora per regnum & sacerdotium designauit. Et venit in omnem regionem iordanis prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionē peccatorū. Cunctis legentibus liquet: quia Ioānes non solum baptismum pœnitentiæ prædicauit: sed etiam quibusdam dedit: sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum: in solo nobis christi baptismate tribuitur. Notādum itaq; q̄ dicitur. Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorū. Quoniam baptismū quod peccata solueret: quia dare non poterat; prędicabat. Vt sicut incarnatū verbū patris præcurrebat verbo prædicationis: ita baptismū pœnitentię; quo peccata solluuntuar prę-

Textus. (margin)

Luce. xi. c. (margin)

Christus fuit rex & sacerdos (margin)

Textus. (margin)

currere suo baptismate: quo peccata solui nõ possunt. Vt quia eius
sermo precurrebat presentiã redẽptoris: ipsum quoq3 eius baptis-
ma precedendo fieret vmbra veritatis. Sequitur. Sicut scriptũ est Textus.
in libro sermonũ Esaię prophetæ. Vox clamãtis in deserto: parate
viam dñi. rectas facite semitas eius. Idem vero Ioannes baptista
requisitus quis esset: respõdit. Ego vox clamãtis in deserto. Quia Joan. j.c.
sicut antea vobis dictũ est, ideo vox a propheta vocatus est: quia
verbũ præibat. Quid ergo clamaret: aperitur cũ subditur. Parate Joan. baptiste clamor.
uiã dñi: rectas facite semitas eius. Omnis qui rectam fidẽ & bona
opera prædicat: quid aliud ꝙ venienti dño ad corda audientium
uiã parat: vt hæc vis gratiæ penetret: & lumen veritatis illustret:
vt rectas deo semitas faciat: dum mundas in animo cogitationes
per sermonem bonæ prædicationis format. Omnis vallis imple-
bitur: & omnis mons & collis humiliabitur. Quid hoc loco val- Textus.
lium nomine; nisi humiles? Quid montiũ & colliũ: nisi superbi ho
mines designãtur? In aduentu igitur redemptoris nostri valles im
pletæ sunt: mõtes vero & colles humiliati sunt. quia iuxta vocem
apostoli eius. Omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humi-
liat exaltabitur. Vallis enim impleta crescit: mons & collis humi- Lu. xviij.c.
liatus decrescit: quia nimirum in fide mediatoris dei & hominum
hominis Iesu christi: & gentilitas plenitudinem gratiæ accepit; &
iudęa hoc per errorem perfidiæ/vñ tumebat/perdidit. Omnis er
go vallis implebitur: quia corda humilium sacrę doctrinę eloquio
& virtutũ gratia replebuntur. Iuxta hoc quod scriptum est. Qui Psal.ciij.
emittit fontes in cõuallibus. Et vnde rursum dicitur. Et conualles Psal. lxiiij.
abundabunt frumento. A montibus nanq3 aqua dilabitur: quia
superbas mentes veritatis doctrina deserit. Sed fontes in conualli-
bus surgunt: quia montes humiliũ verbũ prædicationis accipiũt.
Iam videmus: Iam conualles frumẽto abũdare cõspicimus: quia
illorũ ora pabulo veritatis completa sunt. qui mites & simplices
huic mundo despicabiles esse videbantur. Ipsum quoq3 Ioãnem
baptistã: quia mira sanctitate præditũ populus viderat: hũc esse
singulariter celsum ac solidũ mõtem credebat. De quo scriptũ est.
In nouissimis dierum erit mõs domus dñi præparatus in vertice
montiũ. Nam hũc esse xp̃m putabãt. sicut per euangeliũ dicitur. Michee.iiij.
Aestimãte autẽ apostolo & cogitãtibus omĩbus in cordibus suis Luc.iij.
de Ioãne ne forte ipse esset Christus: quem & requirebãt dicẽtes.
Nunquid xp̃s es tu? Sed nisi idem Ioannes apud se vallis esset re- Joan.j.c.

Marci.i.a. Ioan.iij.d.

pletus ſpiritus gratiæ nō fuiſſet. Qui vt hoc quod erat oſtēderet
dixit. Venit fortior me poſt me: cuius nō ſum dignus ſoluere cor
rigiā calciamēti eius. Et rurſus ait. Qui habet ſpōſam ſponſus eſt.
Amicus autē ſpōſi qui ſtat & audit eum: gaudio gaudet propter
vocem ſponſi. Hoc autem gaudiū meum impletū eſt. Illum opor
tet creſcere: me autē minui. Ecce cū præ mira operatione virtutū
talis eſſet; vt chriſtus eſſe crederetur: non ſolum chriſtū non ſe eſſe
eſpōdit: ſed & corrigiā calciamēti eius ſoluere: id eſt incarnationis
ius myſteriū perſcrutari nō ſe dignū eſſe perhibuit. eius ſponſam
ſſe eccleſiam credebāt: qui hūc (quia xp̄s eſſet) ęſtimabāt. Sed ait.
Qui habet ſpōſam ſpōſus eſt. Ac ſi diceret. Ego ſpōſus nō ſum:
ſed amicus ſponſi ſum. Nec propter vocem ſuam: ſed in voce ſpō
ſi ſe gaudere perhibebat. quia non ideo lætabatur in corde: quo-
niam a populis humiliter audiebatur loquens: ſed quia ipſe veri-
tatis vocem audiebat intus: vt loqueretur foris. Quod bene gau-
dium impletum dicit; quia quiſquis de ſua voce gaudet: plenum
gaudium nō habet. A quo & ſubditur. Illum oportet creſcere: me

Christus creuit. et ioānes minutus est.

autem minui. Qua in re quærēdum eſt: in quo creuit xp̄s: in quo
minutus eſt Ioānes: niſi ꝙ populus ioānis abſtinentiam videns re-
motum hunc eſſe ab hominibus conſpiciens: eum eſſe xp̄m puta
bat: Chriſtū vero cū publicanis comedētē: inter peccatores ambu
lātem intuens: eum nō xp̄m ſed prophetā eſſe credebat. Sed dum
per acceſſum tēporis & xp̄s qui propheta eſſe putabatur: xp̄s eſt
agnitus: & ioannes qui chriſtus eſſe credebatur / propheta eſſe in
notuit: impletum eſt quod de xp̄o ſuus præcurſor prædixit. Illū

Ioan.iij.d. Decretū eiā scij.i.parte.

oportet creſcere: me autem minui. In æſtimatione quippe populi
& xp̄s creuit: quia agnitus eſt quod erat. & Ioānes decreuit: quia
ceſſauit dici quod non erat. Igitur quoniā & idem Ioānes ideo in
ſanctitate perſtitit: quia in cordis humilitate perdurauit: & multi
idcirco ceciderūt. quia apud ſeipſos elata cogitatione tumuerunt.
Dicatur recte. Omnis vallis implebitur: & oīs mons & collis hu-
miliabitur. quia humiles donum accipiūt: quod a ſe corda ſuper-
biētium repellūt. Sequitur. Et erunt praua in directa & aſpera in

Esaie.xl.a.

vias planas. Praua in directa fiūt: cū maloꝝ corda per iniuſtitiā
detorta / ad iuſtitiæ regulā diriguntur. Et aſpera in vias planas im-
mutantur: cum immites atq̧ iracundæ mentes per infuſionem ſu
pernæ gratiæ; ad lenitatem manſuetudinis redeūt. Quādo enim
verbū veritatis ab iracunda mente non recipitur: quaſi aſperitas

itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracũda per acceptã mãsuetudinis gratiã correctionis vel exhortationis verbum recipit: ibi planam viam prædicator inuenit: vbi prius pro asperitate itineris pergere. idest prædicationis gressum ponere non valebat. Sequitur. ▷Et videbit omnis caro salutare dei.◁ Quia om̃is caro/ accipitur om̃is homo: salutare dei/ videlicet xp̃m. Christum in hac vita omnis homo videre non potuit. Vbi ergo in hac sententia propheta ꝓphetiæ oculum: nisi ad extremum iudicij diem tetendit: vbi cum apertis cœlis ministrantibus angelis: consedentibus apostolis in sede maiestatis suæ christus apparuerit: oẽs hunc & electi & reprobi pariter videbũt. Vt & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant: & iniusti in vltione supplicij in perpetuum gemant. Nam quia hoc ista sententia intẽdit: quod in extremo examine ab omni carne videbitur. recte subiungitur: ▷Dicebat autẽ ad turbas quæ exibãt: vt baptizarentur ab eo. Genimina viperarum: quis ostẽdit vobis fugere a vẽtura ira?◁ Ventura eñ ira est animaduersio vltionis extremæ: quam nunc peccator fugere non valet: qui nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit. Et notandum ꝙ malæ soboles malorum parentum actiones imitantes genimina viperarum vocantur: quia per hoc ꝙ bonis inuident eosq; persequuntur: ꝙ quibusdam mala retribuunt: ꝙ læsiones proximis exquirunt: quoniam in his omnibus priorum suorum carnalium viam sequuntur: quasi venenati filij de venenatis parẽtibus nati sunt. Sed quia iam peccauimus: quia vsu male consuetudinis inuoluti sumus: dicit quid nobis faciendum sit/ vt fugere a vẽtura ira valeamus. Sequitur. ▷Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. In quibus verbis notandum est: ꝙ amicus sponsi non solum fructus pœnitẽtię: sed dignos pœnitẽtiæ admonet esse faciẽdos: aliud nãq; est fructũ facere: aliud dignũ pœnitẽtiæ fructũ facere. Vt enim secũdum dignos pœnitẽtiæ fructus loquamur: sciẽdum est: quia quisquis illicita nulla commisit: huic iure conceditur vt licitis vtatur. Sicq; pietatis opera faciat: vt tamen si voluerit: ea quæ mundi sunt relinquat. At si quis in fornicationis culpam vel fortasse (quod grauius est) in adulterium lapsus est: tãto a se debet illicita abscindere: quanto se meminit & illicita perpetrasse. Neq; enim par fructus esse boni operis debet eius: qui minus: & eius qui amplius deliquit: aut eius qui in nullis: & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit: & eius qui in multis est lapsus. Per hoc

Salutare dei videbit omnis caro qualiter sit intelligendum.

Textus.

Viperarum genimina vocantur malæ soboles.

Textus.

Fructum facere et dignum pœnitẽtiæ fructum facere sunt diuersa.

ergo quod dicitur. Facite fructus dignos pœnitētiæ: vniuscuiusq; consciētia cōuenitur: vt tanto maiora quærat bonorum operū lucra per pœnitētiam: quāto grauiora sibi intulit damna per culpā. Sed iudæi de generis nobilitate gloriātes: idcirco se agnoscere peccatores nolebāt: quia de abraæ stirpe descēderāt. Quibus recte dicit.

Luce. iij. a. Textus. ☞ Et ne cœperitis dicire: patrē habemus abraam. Dico enim vobis: quia potēs est deus de lapidibus istis suscitare filios abraæ. ◁ Quid enim lapides nisi corda gentilium fuerint ad intelligēdū verbum dei patris omnipotentis in sensibilia? Sicut etiam quibusdam ex

Ezech. xj. d. iudæis dicitur. Auferā cor lapideum de carne vestra. Nec; immerito lapidis nomine gentes significatæ sunt: quæ lapides coluerūt.

Psal. cxiij. Vnde scriptum est. Similes illis fiant: qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. De quibus nimirum lapidibus filij abraæ suscitati sunt: quia dum dura corda gentilium in abraæ semine, idest in xpo crediderunt: eius filij facti sunt/ cuius semini vniti sunt. Vnde

Ad ga. iij. c. & eisdem gētibus per egregium prædicatorem dicitur. Si autem vos christi: ergo abraæ semen estis. Si igitur nos per fidem christi abraæ iam semen existimus: iudæi propter perfidiam abraæ filij esse desierūt. Quod vero in illo tremendi examinis die parentes boni malis filijs ꝓdesse non poterunt: testatur propheta qui dicit.

Eze. xiiij. c. Noe & daniel & iob si fuerint in medio eorum: viuo ego dicit dominus: quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iusticia sua liberabunt animas suas. Et rursum q; boni filij nihil malis parentibus prosint: sed ad reatum potius malorum parētum proficiet bonitas filiorum: ipsa per se veritas iudeis nō credētibus dicit. Si ego

Luce. xj. c. Textus. in beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Sequitur. ☞ Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum excidetur: & in ignem mittetur. ◁ Arbor huius mundi est vniuersum genus humanum. Securis vero est redemptor noster: qui ve

Redemptor noster dicitur securis. lut ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate: sed incidit ex diuinitate. Quæ videlicet securis iam ad radicem arboris posita est: quia & si per patientiam expectat: videt tamen quid factura est. Omnis enim arbor non ferens fructum bonum excidetur; & in

Arbor non faciens fructus in ignē mittetur. ignem mittetur: quia vnusquisq; peruersus paratam citius gehēnæ cōcremationem inueniet: qui hic fructum boni operis facere contempsit. Et notandum q; securim non iuxta ramos positam: sed ad radicem dicit. Cum enim malorū filij tolluntur: quid aliud

q̄ rami infructuosæ arboris abscinduntur? Cum vero tota simul ꝓgenies cum parente tollitur; infructuosa arbor a radice abscisa est, ne iam remaneat vnde praua iterum soboles succrescat. In quibus Ioānis baptistæ verbis constat: q̄ audientium corda turbata sunt: cum protinus subinfertur. ☞Et interrogabant eum turbæ dicentes. Quid ergo faciemus? ◁Percussæ enim terrore fuerāt: quæ cōsilium quærebāt. Sequitur. Respondens autē dicebat illis. Qui habet duas tunicas det non habenti: & qui habet escas similiter faciat. ◁Per hoc q̄ tunica plus est necessaria vsui nostro q̄ pallium ad fructum dignum pœnitētiæ; vt non solum exteriora quæq; & minus necessaria: sed ipsa valde nobis necessaria diuidere cum proximis debeamus: scilicet; vel escam qua carnaliter viuimus; vel tunicam qua vestimur. Quia enim in lege scriptum est. Diliges proximum tuum sicut teipsum: minus proximū amare cōuincitur: qui non cum eo in necessitate illius etiā ea quæ sibi sunt necessaria partitur. Idcirco ergo de diuidendis cum ꝓximo duabus tunicis datur præceptum; quia hoc de vna dici non potuit: quoniam si vna diuiditur: nemo vestitur. In dimidia quippe tunica & nudus remanet qui accipit; & nudus qui dedit. Inter hæc autem sciendum est quantum misericordiæ opera valeant; cum ad fructus dignos pœnitentiæ ipsa præ cæteris præcipiūtur. Hinc enim per semetipsos veritas dicit. Date eleemosynā: & ecce omnia munda sunt vobis. Hinc rursus ait. Date & dabitur vobis. Hinc scriptum est. Ignem ardentem extinguit aqua; & Elemosyna resistit peccatis. Hinc iterum dicitur. Conclude eleemosynam in sinu pauperis; & hæc ꝓ te exorabit. Hinc bonus pater innocentem filium ammonet; dicens. Si multum tibi fuerit: abundanter tribue. si exiguum fuerit: etiam exiguum libēter impertiri stude. Vt autem quanta esset virtus in continentia & susceptione indigentium; Redemptor noster ostēderet: dixit. Qui recepit prophetam in nomine ꝓphetæ: mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. In quibus verbis notandum est: quia non ait mercedem de Propheta: vel mercedem de iusto: sed mercedē prophetæ: & mercedem iusti accipiet. Aliud est enim merces de Propheta: & aliud merces ꝓphetæ. Atq; aliud merces de iusto: aliud merces iusti. Quid est em̄ dicere mercedē Prophetæ accipiet; nisi quia is qui Prophetam sua largitate sustentat: quamuis ipse Prophetiam non habeat; apud omnipotentem tamen dominū Pro-

Textus. Textus. Matt.xxij.d Leui.xix.d. Luce.xj.f Luce.vj.f. Eccle.iij.d Eccl.xxix.b. Tob.iiij.b Mat.x.d Mercedē ꝓphete & mercedem de propheta recipere differunt.

phetæ præmia habebit. Iste enim fortasse iustus est. Et quanto in hoc mundo nihil possidet; tanto loquendi pro iusticia fiduciam maiorem habet. Hunc dum ille sustentat: qui in hoc mundo aliquid possidet; & fortasse pro iusticia adhuc loqui libere non præsumit; iusticiæ illius libertatem sibi principem facit. vt cum eo pariter iusticię premia recipiet: quem sustentando adiuuit: quatenus eandem iusticiam libere loqui potuisset. Ille prophetiæ spiritu plenus est; sed tamen corporeo eget alimento. Et si corpus non reficitur: certum est ꝙ vox ipsa subtrahatur. Qui igitur alimētum Prophetę ꝑpter hoc ꝙ Propheta est; tribuit; ꝑphetæ illius vires ad loquēdū dedit. Cum ꝑpheta ergo mercedē prophetę recipiet: quia & si spiritu prophetiæ plenus non fuit; hoc tamen ante dei oculos exhibuit: quod habuit. Hinc est quod de quibusdā peregrinantibus fratribus Caio & Aristarcho per Ioānem dicitur. Pro nomine enim Christi profecti sunt: nihil accipientes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores sim⁹ veritatis. Qui enim spiritualia dona habentibus temporalia subsidia tribuit: in ipsis donis spiritualibus cooperator existit. Nam cum pauci sint qui spiritualia dona percipiunt: & multi qui rebus temporalibus abundant: per hoc se virtutibus pauperum diuites inserunt ꝙ eisdem sanctis Pauperibus de suis diuitijs satiantur. Vnde cum per Esaiæ vocem dn̄s derelictæ gentilitati: idest sanctæ ecclesiæ spiritualium virtutum merita tanquam deserta arbusta promitteret vlmum quoque pariter promisit dicens. Ponam desertum in stagna aquarum: & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in solitudine cedrū & spinam; myrtum & lignum oliuæ. Ponam in Deserto abietem vlmum & buxum simul: vt videant & sciant & cogitent & intelligant pariter. Desertum quippe dominus in stagna aquarum/ & terram inuiam in riuos aquarū posuit: quando gentilitati quæ prius per ariditatem mentis nullos bonorum operum fructus ferebat; per fluenta sanctæ prædicationis dedit. Et ipsa ad quā prius ꝑ asperitate suæ siccitatis via predicatoribus non patebat; doctrinæ postmodum riuos emanauit. Cui adhuc ex munere magno promittitur. Dabo in solitudine cedrum & spinam. Cedrum; quia magni odoris est atq; imputribilis naturæ/ iura accipimus in promissione. De spina vero cum peccanti homini dictum sit. Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi: quid mirum si sanctæ Ecclesiæ illud promittitur quod peccāti homini ꝑ pœna mul

Corp⁹ si non reficitur: vox ipsa subtrahitur.

Ij. Joan⁹ j. c

Dona spūalia percipiūt pauci,

Esaie. xlj. c

Desertum in stagna aquarum posuit dominus.

Ibidem

Gene. iij. c.

triplicatur? Sed cedri designãtur nomine: hi qui virtutes & signa exhibent in sua operatione, qui dicere cum Paulo valent. Christi bonus odor sumus deo. Quorum corda ita in terno amore solida sunt: vt ea iã terreni amoris putredo nulla corrũpat. Per spinam vero signati sunt doctrinæ spiritalis viri; qui dum de peccatis ac virtutibus disserũt & modo æterna supplicia minantur: modo cœlestis regni gaudia promittũt: corda audientium pungunt. Sicq; mentem dolore cumpunctionis perforant: vt ab eorum oculis quasi quidam sanguis animæ lachrymę decurrant. Myrtus vero temperatiuæ virtutis est: ita vt dissoluta membra temperando cõstringat. Quid igitur per myrtũ nisi hi designati sunt qui afflictionibus proximorum compati sciunt: eorumq; tribulationem per cõpassionẽ temperãt? Iuxta hoc quod scriptum est. Gratias autẽ deo qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos; qui in omni pressura sunt. Qui dum afflictis proximis verbum vel opem consolationis ferunt: eos proculdubio ad statum rectitudinis restringunt: ne immoderata tribulatione in desperationem soluantur. Quos autem per oliuam: nisi misericordes accipimus: quia & grecæ oleos; misericordia vocatur: & quasi oliuæ liquor ante dei omnipotentis oculos misericordiæ fructus lucent? Cui adhuc in promissione subiungitur. Ponam in deserto abietem: vlmum & buxum simul. Quid per abietẽ quæ valde crescendo ad aëris alta sustolitur: nisi hi designati sunt; qui intra sanctam ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positi / iam cœlestia contemplãtur? Et quãuis de terra nascendo exierũt; contemplando tamen iam iuxta æthera verticem mentis extollunt. Et quid per vlmum: nisi sæculariũ mẽtes expressæ sunt: quę dum terrenis adhuc curis inseruiũt: nullum virtutum spiritualium fructum ferunt? Sed si fructum proprium vlmus non habet; portare tamẽ vitam cũ fructu solet. Quia & sæculares viri intra sanctam ecclesiam; quamuis spiritualium virtutum fructum nõ habeant: dum tamen sanctos viros spiritualibus donis plenos sua largitate sustentant: quid aliud quam vitem cum botris portant? Buxus autẽ quos alios designat: quæ in altum non proficit: & quãuis fructum non habet: viriditatem tamen habet: nisi eos qui intra sanctam ecclesian adhuc ex ætatis infirmitate bona opera facere non valent; sed tamen parẽtum fidelium credulitatem sequentes: fidẽ perpetuæ viriditatis tenẽt? Post quæ oĩa apte subiungit. Vt vi-

Marginal notes: Cedrus quos designat. ij.corin. ij.b. Predicatores per spinas designati. ij.corin. j.a. Oliua misericordes notat. Esaie.xli. Abies quos representat. Vlmus quos designat. Buxus quos designat.

deant;& sciant;& cogitent;& intelligant pariter. Ad hoc enim cedrus in ecclesia ponitur: vt quisquis a proximo odoramina virtutum spiritualiũ trahit: ipse quoq; in æternæ vitę delectatione non torpeat;sed ad donorũ cœlestium desideria ignescat. Ad hoc spina ponitũ;vt qui predicationis eius verbo compunctus fuerit:ipse quoq; exemplo illius discat corda sequentiũ prędicationis verbo cõpungere. Ad hoc myrtus ponitur: vt qui in ardore tribulatiõis ab ore vel opere proximi compatientis temperamentum consolationis acceperit: ipse etiam discat quemadmodum afflictis proximis suæ consolationis temperamẽtum proferat. Ad hoc oliua ponitur: vt qui alienæ misericordiæ opera cognoscit: discat quem admodũ debeat indigẽti proximo;& ipse misereri. Ad hoc abies ponitur: vt si quis vim contẽplationis alicui⁹ agnouerit: ipse quoq; ad contẽplanda æterna prẽmia succendatur. Ad hoc vlmus poni nitur: vt quisquis intuetur eum qui habere fructũ virtutũ spiritualium nõ valet: sed tamen & eos qui spiritualibus donis pleni sunt sustentat; ipse quoq; sanctorum vite quanta valet largitate inseruiat. & cœlestium donorum botros: quos gignendo non valet; sustentando ferat. Ad hoc buxus ponitur: vt qui habere multos ad huc infirmitatate positos veræ fidei viriditatem cõsiderat: esse ipse infidelis erubescat. Bene ergo descriptis prius arboribus dicitur: vt videãt; sciant & recogitẽt & intelligant. Vbi & apte subiungitur/pariter: quia cũ intra sanctam ecclesiam diuersi hominum mores: diuersi sunt & ordines: necesse est vt omnes simul discãt: dum in ea spirituales viri diuersæ qualitatis; ætatis; & ordinis: ad imitandum simul videntur. Sed ecce nos dum monstrare vlmum quærimus: per multa arbusta longius euagati sumus. Ad hoc itaq; propter quod prophetę testimonium protulimus: reuertamur. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ: mercedẽ prophetæ accipiet. Quia & si vlmus fructum non habet: vitam tamen cum fructibus portans/ hæc ipsa sua efficit: quæ bene sustentat aliena. Quia vero ad magna nos opera Ioannes ammonet; dicens. Facite fructus dignos pœnitentię. & rursus q habet duas tunicas: det non habenti: & qui habet escas; similiter faciat. Iam patenter datur intelligi: quid est quod veritas dicit. A diebus Ioannis baptistæ vsq; nunc: regnum cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. Quæ supernę verba sentẽtię; nobis sunt magnopere pscrutanda. Nam quærendum est: quomodo vim perpeti regnũ cœlo

Quare in ecclesia iste arbores ponuntur.

Matt. x. d.

Matt. xi. b.

Regnũ celorũ patitur vim.

rum possit. Quis enim cœlo violentiam irrogat? Et rursus quęrē dum est. Si pati vim regnū cœlorum potest; cur eādem vim a diebus ioannis babtistæ; & non etiam ante pertulit? Sed cum lex dicat; si quis hæc vel illa fecerit morte moriatur; cunctis legentibus liquet; quia peccatores quosq̄ pœna suę seueritatis percusserit; nō autem per pœnitentiam ad vitam reduxit. Cum vero Ioānes baptista redemptoris gratiam pręcedens pœnitentiam prædicat: vt peccator qui ex culpa est mortuus; per cōuersionem viuat: profecto a diebus Ioānis baptistæ regnū cœlorū vim patitur. Quid est autem regnum cœlorum: nisi locus iustorum? Solis enim iustis cœlestis patriæ præmia debētur: vt humiles/casti/mites/atq̄ misericordes; ad gaudia superna perueniant. Cum vero quis/vel superbia tumidus/vel carnis facinore pollutus/ vel iracundiæ facibus accensus: vel crudelitate impius: post culpas ad pœnitentiā redit; & viam ęternam percipit; quasi in locū peccator intrat alienum. A diebus ergo Ioannis baptistæ regnum cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud: quia qui pœnitentiam peccatoribus indixit; quid aliud q̄ regno cœlorum fieri violentiam docuit? Recogitemus ergo fratres charissimi mala quæ fecimus; & nosmetipsos assiduis lamentis atteramus: vt hęreditatē iustorum quā non tenuimus per vitam; rapiamus p̱ pœnitentiā. Vult a nobis omnipotēs deus talē violentiā per pœnitentiā perpeti. Nā regnū cœlorꝝ rapi vult nostris fletibus; quod nostris meritis non debetur. A spei ergo certitudine nulla nos malorum nostrorū qualitas: nulla quantitas frāgat. Præstat magnam veniæ fiduciam latro ille venerabilis: qui non inde venerabilis vnde latro. Nam latro ex crudelitate: venerabilis ex confessiōne. Cogitate ergo. cogitate q̄ sint incomprehensibilia in omnipotenti deo misericordiæ viscera. Latro iste cruentis manibus abstractus: a facie itineris suspensus est in patibulum crucis. Ibi cōfessus est: ibi sanatus est. ibi audire meruit. Hodie mecum eris in paradiso. Quid est hoc? Quis tātam bonitatem dei dicere possit? quis ęstimare sufficiat? De ipsa pœna criminis peruenit ad præmia virtutis. Idcirco autem omnipotens deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere permittit: vt alijs in culpa iacentibus (si toto ad eum corde consurgant) pem veniæ reddat: & eis per lamenta pœnitētiæ viam pietatatis aperiat. Exerceam⁹ ergo nosmetipsos in lamentis: extingamus fletibus flammas peccatorū & dignis pœnitentię fru-

Regnū celorū est loc⁹ iustorum.

Violenti rapiunt celum.

Latro bon⁹ qui vocatur Dimas magnam prestat peccatoribus venie fiduciā

Luc.xxiij.f.

Deus quandoq; suos electos labi permittit.

ctibus culpas abluamus; quas fecimus. Ad indulgentiam nobis tempora indulta non pereant: quia qui multos á suis iniquitatibus iam sanatos aspicimus: quid aliud q̄ supernæ misericordiæ pign⁹ tenemus? Ipso adiuuante: qui cum patre viuit & regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia sæcula seculorum. Amen.

Segmentum ex principio euangelij Ioannis. cap. i. quod canitur in die natiuitatis domini.



N principio erat verbum: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factū est: in ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & tenebrę eā non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederēt per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: quę illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eū non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credūt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibus, neq̧ ex voluntate carnis, neq̧ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre: plenū gratiæ & veritatis. Et reliqua.

Omnia per ipm facta sunt. &c. Aliter adnotauit ex grecis Valla: et sic ipsi legunt modo. & sine ipso factū est nihil. quod factū est. (& sequitur destincta sententia) In ipso vita erat. &c.

In mundo erat. &c. vsq; ad receperūt eum. p. nititur ipsum eū. eū. vbi illud vel id: potius dicendū erat quia ad verbum referi. & declarat: val. deceptus esse interpretem in genere. Qui credunt in nomie ei⁹: grece est in nomen eius. Item ex deo nati. potius esset geniti. Gloriam quasi. dicendum erat velut aut tāq̄: q̧ quasi

Homilia beati Augustini episcopi.



Via temporalē mediatoris dei & hominis iesu christi natiuitatem quæ hodierno die facta est: sanctorū verbis euāgelistarum Matthæi videlicet & Lucæ manifestata cognouim⁹: libet etiam de verbi: id est, diuinitatis eius æternitate: in qua patri manet semper ęqualis: beati Ioānis euangelistę dicta scrutari: qui singulari priuilegio meruit castitatis: vt cæteris altius diuinitatis ipsi⁹ caperet simul & patefaceret arcanū. Neq̧ enim frustra in cœna supra pectus dn̄i iesu recubuisse perhibetur: sed per hoc typice docet: quia cœlestis haustū sapiētię cæteris excellētius de sanctissimo eiusdē pectoris fonte potauit. Vnde & merito in figura quatuor animaliū; aquilæ volāti cōparatur. Cūctis quippe auib⁹ aquila celsius volare; cūctis animātibus clarius solis radijs infigere con-

ſueuit obtuitus. Et cęteri quidem Euãgeliſtæ quaſi in terra ambulant cum dño: qui temporalẽ eius generationẽ pariter tẽporalia facta ſufficienter exponentes: pauca de diuinitate dixerunt. Hic autem quaſi ad cœlum volat cum dño; qui per pauca de tẽporalibus eius actis ediſſerẽs æternam diuinitatis eius potẽtiam per quẽ oĩa facta ſunt ſublimius mente volando & limpidius ſpeculando cognouit: ac nobis cognoſcendã ſcribendo tradidit. Ergo alij Euangeliſtę Chriſtũ ex tempore natum deſcribunt. Ioãnes eundem in principio teſtatur fuiſſe dicẽs. In principio erat verbum. Alij inter hoĩes eum ſubito apparuiſſe cõmemorãt; ille ipſum apud deũ ſemper fuiſſe declarat dicẽs. Et verbũ erat apud deum. Alij vero hominẽ: ille verũ cõfirmat deum eſſe dicẽs. Et deus erat verbũ. Alij hominem eum apud homines temporaliter cõuerſatum: ille deum apud deum in principio manentem oſtendit; dicens. Hoc erat in principio apud deũ. Alij magnalia quæ in homine geſſit perhibent: ille ꝙ omnem creaturam viſibilem & inuiſibilem per ipſum deus pater fecerit: docet; dicens. Oĩa per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Et mire beatus Ioãnes in initio Euãgelij ſui de Diuinitate ſaluatoris & fidem recte credẽtium ſublimiter imbuit; & hæreticorum perfidiam potenter exuperat. Fuerũt nanqȝ hæretici qui dixerunt. Si ergo natus eſt Chriſtus; erat tempus quando ille non erat. Quos primo ſermone redarguit; cum ait. In principio erat verbum. Neqȝ ait in prĩcipio cœpiſſe eſſe verbum: vt videlicet eum non ex tempore ortũ; ſed ante ortum temporum exiſtentem; ac per hoc ſine vllo temporis initio de patre natum mõſtraret Iuxta quod ipſe loquitur in prouerbijs. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum: anteꝙ̃ quicqȝ faceret a principio: ab ęterno ordinata ſum. Item fuerunt hæretici qui tres ſanctæ trinitatis perſonas eſſe negantes dicerent. Idem deus quãdo vult Pater eſt; quando vult Filius eſt; quando vult Spiritusſanctus eſt: ipſe tamen vnus eſt. Quorum deſtruens errorem ſubiungit. Et verbum erat apud deum. Si eñ alius apud aliũ erat duo ſunt profecto Pater & Filius; & non vnus ipſe modo Pater modo Filius modo etiam Spiritusſanctus: quaſi mutabilis ſit diuinæ ſubſtantiæ natura; cum apertiſſime Iacobus dicat Apoſtolus. Apud quem nõ eſt tranſmutatio: nec viciſſitudinis obumbratio. Item fuere quidem praui dogmatis autores; qui Chriſtum hominem tantum cõfitentes; deum prorſus eſſe non crederent. Quos

non impletus litatem glĩæ plenũ. non vt pleriqȝ putant acti cum fuerit/ ſed nominatiui. ſc. ve. ca. ſa. eſt plenũ gratie & ve. verbum autem apud grecos maſcu. ge. eſt & ꝓpter ea per idem tranſferendum erat in gt vale. ſ. ſermo quia magis ſignificat ꝙ̃ verbũ maxime qd de filio dei loquitur.

Deſtruitur i preſenti primus hereticorum error ex quinqȝ quos deſignat hic Auguſtinus.

Prouer. viij. c

Secūdus hereticorum error.

Iacobi. i. c.

Tertius deſtruitur.

Quartus error seu opinio dãnatur.

consequenter opprimit cum ait. Et deus erat verbũ. Fuere alij qui deum quidem illum; sed ex tempore incarnationis factũ non autem æternũ ante sæcula natum esse a patre putarẽt. Vnde quidam taliter dixisse cõmemoratur. Nõ inuideo Christo facto deo: quoniam & ego si volo possum fieri secundum ipsum. Et horum nefandam refellit sententiã Euangelista cum ait. Hoc erat in principio apud deum. Idest hoc verbum quod deus est, nõ ex tempore cœpit: sed in principio erat deus apud deum.

Quinta prauitas hereticorum refellitur.

Item fuere veritatis inimici: qui Christum & ante partum virginis fuisse iam nõ negarent: non tamẽ nato ex patre deum: sed factum a patre. & ideo minorem patre: quia creaturam crederẽt. Etiam hos damnat Euãgelicus sermo qui dicit. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Si enim nihil creaturarum sine ipso factum est: patet profecto quia ipse creatura non est, per quem omnis creatura facta est. Et ne quis audiens factam per deum creaturam; mutabilem crederet eius voluntatem: quasi subito vellet facere creaturam: quam ab æterno nunq̃ fecisset: manifeste docet Euangelista factã quidem in tempore creaturam: sed in æterna creatoris sapiẽtia quando & qualis crearetur semper fuisse dispositum. & hoc est quod ait.

Textus.

Quod factum est: in ipso vita erat. Idest quod factum in tempore vita carens apparuit; omne in hoc spirituali factoris ratione semper vixerat & viuit. Non quia coëternum est creatori quod creauit: sed quia coëterna est illi ratio voluntatis suæ in qua ab æterno habuit & habet quid & quando crearet: qualiter creatum gubernet vt maneat: ad quem finem singula quæ creauit perducat. Sequitur. Et vita erat lux hominum.

Solam creaturã rationalem vt sapere possit illuminat deus.

Animalis homo non percipit que sũt spũs dei.

Quo verbo aperte docetur: q̃ ipsa vitalis ratio per quam omnia disposita sunt & reguntur: non omnem creaturam: sed rationabilem tãtum; vt sapere possit: illuminat. Homines nanq̃ qui ad imaginem Dei facti sunt; percipere sapientiam possunt; animalia cætera non possunt. Sed & animalis quicunq̃ est homo; non percipit ea quę sunt spiritus Dei. vnde bene cum dixisset: & vita erat lux hominum; subiunxit.

Textus.

Et lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt. Lux quippe est hominum Christus; qui omnia quæ illuminari merentur corda hominum; suæ præsentia cognitionis illustrat.

Stulti et iniqui tenebre sunt.

Tenebre autem stulti sunt & iniqui; quorũ ceca præcordia lux æternæ sapiẽtiæ qualia sunt manifeste cognoscit: quãuis ipsos radios eiusdẽ lucis nequaq̃ capere per intelligentiã possint.

Veluti si cuilibet cæco iubar solis ostenditur; nec tamē ipse solem eius lumine perfusus aspiciat. Sed non tamen tales omnino super na pietas despexit: verum medelam eis salutis qua ad videndā lu- cem peruenire possunt adhibuit. Ipsa lux inuisibilis: ipsa dei sapien tia in qua videri possit: induta est carne: quæ in habitu hominis ap parens & loquens hominibus: paulatim fide purificata eorum cor- da ad cognitionē suæ diuinę visionis proueheret. Missus est ante illum homo magni meriti cuius testimonio pararentur omnes ad audiendam (mox vt appareret) ipsam dei sapiētiam. Ad videndū ipsum solem iusticiæ nube iam corporis tectum: idest ad videndū audiendumque hominē: qui deus esset plenum gratiæ & veritatis. ☞ Fuit homo inquit missus a deo: cui nomen erat Ioannes. Hic ve- nit in testimoniū vt testimoniū perhiberet de lumine: vt oēs crede rent per illum. Non ait: vt omnes crederent in illum. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, sed vt omnes crederēt per illum. Hoc est: per illius testimoniū cre derent in lucem; quam necdum videre nouerant: deum videlicet ac dominū nostrum Iesum christū; qui de seipso testatur. Ego sum lux mundi. qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habet lu- men vitæ. Sequitur. ☞ Non erat ille lux: sed vt testimonium perhi- beret de lumine. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominē ve nientem in hunc mūdum. Et sancti quidem homines lux sunt re cte vocati: dicente ad eos dominus. Vos estis lux mundi. Et apo- stolo paulo. Fuistis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino. Sed multum distat inter lucem quæ illuminatur: & lu- cem quæ illuminat. inter eos qui participationem veræ lucis acci- piunt vt luceant: & ipsam lucem perpetuam: quæ non solum lu- cere in seipsa: sed sua præsentia quoscunque attigerit, illustrare suffi cit. Ad cuius comparationem veræ lucis non tātum minores qui- libet electi: verumetiam ipse Ioannes: quo maior inter natos mu- lierum non surrexit: lux non esse asseritur: vt videlicet nō esse chri stus (quod putabatur) mōstraretur. Ille enim (vt scriptum est) erat lucerna ardens. Ardens scilicet fide & dilectione: lucens verbo & actione. Gratiam veræ lucis pectoribus infundere: solius est eius de quo dicitur. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem ve nientem in hunc mundum. Omnem: videlicet: qui illuminatur si ue naturali ingenio: seu sapientia diuina. Sicut enim nemo a se ip so esse potest: ita etiam nemo a seipso sapiens esse potest: sed illo il-

Textus. Hie.xvij.a. Ioā.viij.b. Textus. Sancti homines lux vocantur. Mat.v.b. Ephe.v. Mat.xi.b. Ioan.v.f. Sicut a seipso nemo esse potest ita a se ipso nemo sapiens esse potest.

Eccle.j.a. Iustrante.de quo scriptum est. Omnis sapientia a domino deo est. Cuius vtramq; naturam: & diuinam videlicet:qua semper vbiq; totus manet:& humanam:ex qua in tempore natus loco inclusus apparuit: consequenter euangelista describit dicens. ¶In mundo erat:& mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cogno

Textus.

uit.In propria venit:& sui eum non receperunt.¶In mundo quippe erat:& mundus per ipsum factus est;quia deus erat; quia totus vbiq;:quia suæ præsentia maiestatis sine labore regit;& sine onere continet quod fecit.Et mundus eum non cognouit:quia lux in tenebris lucet:& tenebræ eam non comprehenderunt. Mundum

Mūdus q̃o designat.

nanq; hoc loco dicit homines mundi amore deceptos: atq; inhęrendo creaturæ ab agnoscenda creatoris sui maiestate reflexos.In propria venit:quia in mundo quem per diuinitatem fecit:per humanitatem apparuit.In propria venit:quia in gente iudæa:quam sibi præceteris nationibus speciali gratia copulauerat:incarnari dignatus est. In mundo ergo erat:& in mundum venit. In mundo

Venire humanitatis: manere diuinitatis.

erat per diuinitatem.in mundum venit per incarnationē. Venire quippe vel abire humanitatis est:manere diuinitatis. Quia ergo cum in mundo esset per diuinitatem:mundus eum non cognouit. dignatus est venire in mundum per humanitatem.vt vel sic eum mūdus cognosceret.Sed videamus quod sequitur.In propria venit;& sui eum non receperunt. Quem enim in potentia deitatis cuncta creantem regentemq; non cognouerant: ipsum in carnis infirmitate miraculis coruscantē recipere noluerūt. Et quod grauius est:sui eum non receperunt.homines scilicet: quos ipse creauit.Iudæi:quos peculiarē sibi elegerat in plebem: quibus suæ cognitionis reuelauerat arcanum: quos mirificis patrum glorificauerat actibus;quibus suæ legis doctrinam contulerat. Ex quibus se incarnādum promiserat:& in quibus se incarnatum (vt promiserat) ostendit:ipsi eū recipere venientem magna ex parte recusarunt.Neq; enim eum omnes recusarunt: alioquin nullus esset saluus.Nunc autem multi eum ex vtroq; populo credendo receperunt.de quibus euangelista consequenter insinuat dicēs.¶Quot

Textus.

quot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. ¶Cōsideremus fratres charissimi; quanta gratia redemptoris nostri: q̃ magna sit multitudo dulcedinis eius. Vnicus ex patre natus est; & noluit remanere vnus. Descēdit ad terram / vbi fratres sibi;quibus regnū patris sui dare

posset acquirere. Deus ex deo natus est. & noluit esse dei tantum Quare deus
filius: fieri homo dignatus est; non admittens quod erat: sed assu dignatus est
mens quod non erat: vt per hoc homines in dei filios transferret; fieri homo.
gloriæq; suæ faceret cohæredes; qui quod ipse semper habebat per
naturã: inciperent habere per gratiam. Consideremus quãta vir
tus est fidei: cuius merito potestas datur hominibus filios dei fieri.
Vnde bene scriptum est: quia iustus ex fide viuit. Viuit enim iu Abac.ij.a.
stus ex fide: non illa quæ labiorum tantum cõfessione profertur:
sed ea quæ per dilectionẽ operatur. Alioquin fides si non habeat
opera: mortua est in semetipsa. Nullus seipsum despiciat: nullus Fides sine o
de sua salute desperet. Curramus omnes; curramus singuli: vt qui peribus mor
erámus longe: mereamur fieri prope in sanguine christi. Videa tua est.
mus quod dicitur. Quia quotquot receperunt eum: dedit eis po
testatem filios dei fieri. Quotquot inquit receperunt: nõ est enim Actuu.x.e.
personarum acceptor deus: sed in omni gente quæ timet eum/ &
operatur iustitiam: acceptus est illi. Quo autem ordine credẽtes
filij dei possunt fieri: & quantum hæc generatio á carnali distet:
subsequutus euangelista designat. Qui non ex sanguinibus (in Textus.
quit) neq; ex voluntate carnis: neq; ex voluntate viri: sed ex deo
nati sunt. Carnalis quippe nostra singulorum generatio ex san
guinibus: idest ex natura maris & fœminæ á complexu coniugij
duxit originẽ. At vero spiritualis generatio spiritussancti gratia
ministratur: quã á carnali distinguens dominus ait. Nisi qui rena Joan.iij.a.
tus fuerit ex aqua & spiritu sancto: non potest introire in regnũ
dei. Quod natum est ex carne/ caro est: & quod natum est ex spi
ritu; spiritus est. Verum ne quis hominum dubitet filium esse dei: Joan. ibidẽ
dat exemplum euãgelista. Quia & ipse filius dei homo fieri: & in
ter homines habitare dignatus est: vt humanæ particeps existẽdo
fragilitatis: hoĩes diuinæ virtutis suæ donaret esse particeps. Et Textus.
verbũ caro factũ est: & habitauit in nobis: Quod est dicere: & fi
lius dei homo factus est: & inter homines cõuersatus est. Solet nã
q; scriptura modo animæ; modo carnis vocabulo totum designa
re hoĩem. Animæ videlicet: vt scriptũ est. Quia descẽdit Iacob in Gen. xlvj.c.
ægyptũ in aĩabus septuaginta. Carnis vero (vt rursus scriptũ est)
Et videbit oĩs caro salutare dei. Neq; enim vel animæ sine corpo Luce.iij.b.
ribus descẽdere in ægyptũ; vel caro sine aĩa videre aliquid potest.
sed hic per aĩam totus homo: ibi signatur per carnẽ. Sic ergo hoc
loco quod dicitur. Et verbũ caro factũ est; nihil aliud debet intelligi:

q̄ si diceret: & deus homo factus est: carnem videlicet induēdo & animam. vt sicut quisq̧ nostrū vnus homo ex carne cōstat & anima: ita vnus ab incarnationis tempore christus ex diuinitate: carne & anima constet. Deus ab æterno in æternū existēs verus: vt erat: hominem ex tempore assumens in vnitatē suæ personæ veram: quam non habuerat induit carnem. Sequitur. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti á patre. plenū gratiæ & veritatis. Gloriam christi: quam ante incarnationem videre non poterant homines: post incarnationem viderunt. aspicientes humanitatem miraculis refulgentem: & intelligētes diuinitatem intus latitantē. Illi maxime qui & eius claritatem ante passionē transfigurati in monte sancto cōtemplare meruerunt: voce delapsa ad eū huiuscemodi á magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacuit. Et post passionē resurrectionis/ascēsionisq̧: ipsius gloria conspecta: spiritus eius sunt dono mirifice refecti. Quibus omnibus manifeste cognouerūt: q̄ huiusmodi gloria non cuilibet sanctorum: sed illi solum homini qui esset in diuinitate vnigenitus a patre: conueniret. Quod autē sequitur. Plenum gratiæ & veritatis. Gloria plenus erat idem homo christus Iesus: cui singulari munere præcæteris mortalibus datum est: vt statim ex quo in vtero virginis concipi/& homo fieri inciperet: verus esset & deus. Vnde & eadē gloriosa semper virgo Maria: nō solum hominis christi: sed & dei genitrix recte redenda & cōfitenda est. Idem veritate plenus erat: & ipse est. Ipse videlicet verbi diuinitate quæ hominem illum singulariter electum: cum quo vna christi persona esset: assumere dignatus est. Non aliquid suæ diuinæ substantiæ (vt heretici volūt) in faciendā hominis naturā commutans: sed ipse apud patrem manens totum quod erat: totā de semine Dauid naturam veri hominis: quam nō habebat suscipiens. Vnde oportet fratres charissimi: vt qui humanam redemptoris nostri natiuitatem hodie annua deuotione recolimus: & diuinam pariter & humanam eius naturam non annuo: sed continuo semper amplectamur amore. Diuinā/per quā creati sumus: cum non essemus. humanam/per quam recreati sumus: cum perditi essemus. Et quidem diuina conditoris nostri virtus sine assumptione humanitatis nos recreare erat idonea. Vna autem eiusdē redemptoris nostri infirmitas sine assumēte se/& in habitante in se; & operāte p̄ se diuinitate nos recreare nequiuit. Atq̧ ideo ver

Christus ab incarnationis tempore ex diuinitate carne et anima constat verus homo.

Luce.ij.c.

Textus.

Gloriosa virgo maria nō solum christi sed et dei genitrix credenda est.

Humanitas xpi nequiuit nos recreare sine diuinitate: diuinitas vero recte potuit.

bum caro factũ est, idest deus homo factus est. Et habitauit in nobis: vt per cognitum nobis hominis habitum in nobis conuersando congrue nos ad loquẽdum instruere: nobis viuendi viam praebere: pro nobis contra hostem cõfligere. nostram mortẽ moriendo ac resurgendo posset destruere. Per quam coeternã vero deo patri diuinitatem nos interius viuificando ad diuina sustolleret. remissionemq; nobis peccatorũ pariter & spiritussancti dona concedere: & post bonorum perfectionem operum: non solũ nos ad videndã gloriã clarificatae suae perducere humanitatis: sed incommutabilẽ nobis essentiam suae diuinae maiestatis ostenderet.

Segmentum ex euangelio Lucae. ij. capite. c. quod canitur in die circuncisionis domini nostri.



IN illo tempore. Postq; cõsummati sunt dies octo vt circunciderentur puer: vocatum est nomen eius Iesus. Quod vocatũ est ab angelo: priusq; in vtero conciperetur. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedae presbyteri.

SAnctã venerandamq; praesentis festi memoriã paucis quidẽ verbis euangelista comprehendit: sed non pauca coelestis mysterij virtute grauidam reliquit. Exposita namq; natiuitate dñica: (cuius gaudia mox angeli dignis laudibus extulerũt: pastores deuota visitatione celebrarunt: omnes qui tunc audire mirati sunt/ nos quoq; pro modulo nostro: prout potuimus: proxime dño largiente congruis missarũ hymnorumq; solemnijs exigimus.) subiungit atq; ait. Et postq; cõsummati sunt dies octo: vt circuncideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus. quod vocatum est ab angelo: priusq; in vtero cõciperet. Haec sunt festiuitatis hodiernae gaudia venerãda: haec solẽnitas diei: haec illa supernae pietatis munera sacrosancta: quae fideliũ cordibus cõmendans apostolus ait. Quia vbi venit plenitudo temporis. misit deus filiũ suum natum ex muliere: factum sub lege. vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Magna nãq; dispensatione pietatis ad redemptionẽ generis humani deus pater non angelũ/ non archangelum; sed filiũ suũ vnigenitum mittere dignatus est. Quem quia in diuinitatis suae specie videre nequiuimus: magna rursum dilectionis arte prouidit: vt hunc factum ex muliere: hoc est ex maternae carnis substãtia sine virili admixtione cõceptũ; ad humanos verum hominẽ proferret aspectus. Qui in diuina vir-

Textus

Ad ga. iiij. c

tute ac substātia manens per omnia quod erat; verā naturæ mortalis infirmitatem: quā non habeat indueret. Et vt nobis necessariam obediendi virtutē præcipuo cōmēdaret exēplo: factum sub lege filium suum misit deus in mundum. Non quia ipse legi quicq̃ debeat: qui vnus magister noster vnus est legislator & iudex: sed vt eos qui sub lege positi onera portare nequiuerāt: sua cōpassiōe iuuaret. ac si de seruili cōditione quæ sub lege erat: ereptos in adoptionē filiorū quæ per gratiā est: sua largitate reduceret. Suscepit igitur circuncisionē lege decretam in carne: qui absq; omni prorsus labe pollutionis apparuit in carne. Et qui in similitudinem carnis peccati: non autem in carne peccati aduenit: remediū quo caro peccati consueuerat mundari: non respuit. Sic etiam vnda baptismatis: qua nouæ gratiæ populos á peccatorum sorde lauari voluit ipse non necessitatis; sed exempli causa subijt. Scire etenim debet vestra fraternitas; quia idē salutiferæ curationis auxiliū circūcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat: quod nūc baptismus agere reuelāte gratiæ tempore cōsueuit: excepto q̃ regni coelestis ianuā necdum intrare poterāt: donec adueniens benedictionem daret: qui legē dedit (vt videri possit) deus deorum in Sion. Tantū in sinu Abrahæ post mortem beatæ requiei consolati supernæ pacis ingressum spe foelici expectabāt. Qui enim nūc p euāgelium suum terribiliter ac salubriter clamat. Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spū sancto: non potest introire in regnū dei. Ipse dudum per legē suam clamabat. Masculus cuius præputij caro circūcisa nō fuerit: peribit anima illa de populo suo: quia pactū meum irritum fecit. idest. quia pactū vitæ in paradiso hoībus mandatum Adam præuaricāte trāsgressus est: in quo oēs peccauerūt. peribit de cœtu sanctoꝝ: si nō ei fuerit remedio salutari subuētū. Vtraq; ergo purificatio circūcisiōis; videlicet ī lege & ī euāgelio baptismatis: tollēdę preuaricationis primę grā posita est. & ne cui sæculo labētis ætatis supni respectus munera deessent: illi quoq; q mūdi in exordio vsq; ad tēpora datę circūcisiōis: vel post datā circuncisionē de alijs nationibus deo placuerūt: vl' hostiarū oblatiōibus vl' certe sola fidei ṽtute suas suoꝝq; aīas creatori cōmendātes á primi reatus vinculis absoluere curabāt: Sine fide eīn īpossibile est placere deo. Et sicut alias scriptū est. Iustus aūt ex fide viuit. Sed veniēs in carnē dei filius: solā carnis naturā nullā aūt pcti cōtagionē traxit de adā & q̃a spūssancti ṽtute de ṽgine cōceptus & natus est: & nullo

Marginal notes: Xp̄s factus sub lege nihil lege debebat. / Circūcisio in lege veteri q̄d agebat. / Joan. iij. a. / Gen. xvij. b. / j. Cori. xv. c. / Hebre. xj. b. / Aba c. ij. a. / Ad ro. i. g.

eguit munere gratię renascẽtis; vtrũq; genus purificatiõis subire dignatus est. Et circũcisus videlicet a parẽtibus octaua die natiuitatis: & tricesimo ætatis anno baptizatus a Ioãne. immo etiã tertiũ salutaris hostiæ munus ipse dñs tẽpli pro se nõ respuit offerri. Cuius die hinc tricesima tertia dño opitulante; vestra charitas auditura simul est: & celebratura mysteriũ. Cuncta inquã & legalis & euãgelicę purificatiõis genera: qui nullo indiguit dñs suscipere nõ despexit: vt & cõsũmãdæ iam legis decreta suo tpe doceret esse saluberrima; & adueniẽtis euãgelij cũctis fidelibus ostẽderet aquæ subeũda remedia. Sed & hoc q̃ eodẽ die suæ circũcisionis nomẽ; vt Iesus vocaretur accepit; ad imitationẽ priscæ fecit obseruationis: quam ex eo credimus sumptã q̃ Abraam patriarcha qui primũ circũcisiõis sacramẽtũ in testimoniũ suæ magnæ fidei; & diuinæ ad eũ factę ꝓmissionis accepit: eodem die suæ suorũq; circũcisionis/ etiã nominis amplificatione simul cum sua coniuge benedici promeruit. Vt qui eatenus Abraam pater excelsus dictus est; deinde Abraam: id est pater multaꝝ gentiũ vocaretur: quia patrẽ inquit multaꝝ gentiũ cõstitui te. Quæ fidelissima ꝓmissio tam late per orbem iam patet impleta; vt etiã nosipsi de gentibus ad fidei illius deuotionẽ vocati ipsum nos patrem spirtualiter habere gaudeamus. Dicente etiam nobis apostolo. Si autem vos christi: ergo semen abrahæ estis secundum ꝓmissionẽ & hęredes. Et sarai inquit vxorem tuã non vocabis sarai: sed saram. idest nõ vocabis principem meã: sed principem. videlicet aperte docẽs/ vt eam quę tantę fidei particeps & socia facta est: non proprie principẽ suæ domus: sed absolute principem: idest omnium recte credẽtium fœminaꝝ vocaret: & intelligeret esse parẽtem. Vnde beatus Petrus apostolus credẽtes de gentibus fœminas ad humilitatis; castitatis: & modestiæ virtutem prouocãs; eiusdem matris nostræ Saræ debita cũ laude meminit. Sicut sara (inquit) obediebat Abrahæ dominũ vocans: cuius estis filiæ benefacientes: & non timentes vllam perturbationem. Hæc dilectionẽ vestrã fratres animonere curauimus: vt singuli vestrum meminerint: etiam seipsos percepta fide christi cum patriarchis non solum nominibus excelsis meruisse consortium: sed percepta in christo purificatione baptismi salutaris deriuatum a nomine christi gaudeant mutasse cognomẽ. & hoc vsq; ad finem firmum intemeratumq; seruare contendat. Gaudentes in se illud Esaiæ vaticinium esse completum. Et seruos suos

Dominus que te suscepit cũcta gñа purificationis.

Gen. xvij. b.

Ad ga. iij. d
Gen. xvij. c.

j. Pe. iij. b.

Esa. lxv. c.

vocabit nomine alio, hoc est nomine christiano: quo omnes nunc serui christi se delectãtur insigniri. Neq; eñ nomẽ aliud sub cœlo datũ est hominibus: in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde propheta consequenter adiungit, In quo qui benedicendus est super terram, benedicetur in domino amen. Dicit & alias de eodẽ multiplicandam etiam de gẽtibus ecclesiam alloquẽs, Videbũt gentes iustum tuum: & cuncti reges inclytum tuum, Et vocabitur tibi nomen nouum: quod os domini nominauit.

Segmentum ex euangelio Matthæi. ij. capite littera. a. quod canitur in epiphania dñi.



Vm natus esset Iesus in bethleem in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolymam dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorũ? Vidimus eñ stellã eius in oriẽte: & venimus adorare eum. Audiens aũt herodes rex turbatus est: & omnis hierosolyma cum illo. Et cõgregans omnes principes sacerdotum & scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethleem iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam, Et tu betheleem terra iuda nequaq; minima es in principibns iuda. Ex te eñ exiet dux: qui regat populũ meum israel. Tunc herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tẽpus stellæ quæ apparuit eis: & mittẽs illos in bethleem dixit, Ite & interrogate diligẽter de puero, & cũ inueneritis renunciate mihi: vt & ego veniẽs adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt, Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos: vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrãtes domum inuenerunt puerũ cum maria Matre eius: & procidẽtes adorauerũt eum: & apertis thesauris suis obtulerũt ei munera/aurum/thus/& myrrham, Et responso accepto in somnis ne redirẽt ad herodẽ: per aliam viã reuersi sunt in regionẽ suã. Et reliqua.

Venim⁹ ado. antepenultimã acuit q̃ temporis p̃teriti est. Miche. v. a. Exiet dux. Lauren. exhibit legendus erat. Et intrãtes domum. etc. Non est græce intrãtes: sed venientes in domũ. q. nitẽtes ad domum ne videãtur quedã absit intrando irrupisse i domum. Cum maria matre ei⁹ dicendum erat cũ maria matre sua. quoniam reciprocum est: sed græca vox inquit laurentius decepit interpretem vt in aliis quibusdam locis in quibus sui per ei⁹ & econuerso suppos.

Homilia beati Gregorij papæ de eadem lectiõe: habita ad populũ in basilica sancti Petri apostoli in die epiphaniæ.

SIcut in lectione euãgelica fratres charissimi audistis: cœli nato rege: rex terræ turbatus est, quia nimirũ terrena altitudo confunditur; cũ celsitudo cœlestis aperitur. Sed quærẽdum nobis est: quidnã sit q̃ redẽptore nr̃o nato pastoribus ãgelus apparuit: atq; ad adorãdũ hũc ab oriẽte magos non angelus sed stella perduxit.

Quia videlicet iudæis tanq̄ ratione vtentibus rationale animal: id est angelus prædicare debuit. Gentiles vero quia vti ratiōe nescie bāt ad cognoscēdum dñm nō per vocē: sed per signa perducunt: quia & illis prophetiæ tanq̄ fidelibus non infidelibus: & istis si gna tanq̄ in fidelibus nō fidelibus: danda sunt. Vnde etiā per Pau lum dicitur. Prophetiæ fidelibus non infidelibus datæ sunt. Et no tandum q̄ redemptorem nostrum cum iam perfectæ esset ætatis: eisdem gētibus apostoli prædicāt: eūq; paruulum & necdum per humanum corporis officium loquētem: stella gētibus denunciat Quia nimirum rationis ordo poscebat: vt & loquētem iam dñm loquētes nobis prædicatores innotescerent: & necdum loquentē stella denunciaret: elementa muta prędicarent. Sed in omnibus si gnis quæ vel nascēte domino vel moriēte mōstrata sunt: cōsiderā dum nobis est/ quanta fuerit in quorundam iudæorum corde du ricia: quæ hūc nec per prophetiæ donum: nec per miracula agno uit. Omnia quippe elementa auctorem suum venisse testata sunt Vt enim de his quædam vsu humano loquar: deum hūc suū cœ li esse cognouerunt: quia protinus stellam miserūt. Mare cogno uit: quia sub plātis eius se calcabile præbuit. Terra cognouit: quia eo moriente cōtremuit. Sol cognouit: quia lucis suæ radios abscon dit. Saxa & parietes cognouerūt: quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus cognouit: quia hos quos tenebat mortuos/ reddi dit. Et tamen hunc quem deum omnia insensibilia elementa sen serunt: adhuc infidelium iudæorum corda deum esse minime co gnouerūt. Et duriora saxis scindi ad pœnitendum nolunt: cumq; cōfiteri abnegāt: quem elemēta (vt diximus) aut signis/ aut scissio nibus deum clamant. Qui etiam ad damnationis suæ cumulum: eum quem natum despiciunt: nasciturum longe ante præscierūt. Et non solum quia nasceretur nouerāt; sed etiam ubi nasceretur. Nam ab Herode requisiti: locum natiuitatis eius exprimūt: quē scripturæ auctoritate didicerunt. Et testimonium proferunt: quo bethleem honorari natiuitate noui ducis ostenditur: vt ipsa eorū scientia & illis fieret testimonium damnationis: & nobis adiuto rium credulitatis. Quos profecto bene Isaac cum Iacob filiū suū benediceret designauit: qui & caligās oculis: & prophetās: in præ senti filium non vidit. cui tam multa in posterum præuidit. Quia nimirū iudaicus populus, pphetiæ spiriritu plenus & cæcus: eū de quo multa in futurū prædixit in præsenti positū nō agnouit. Sed

Quare genti les ad cogno scēdum dñm per signa per ducti sunt.

Omnia ele menta deum venisse testa ta sunt.

Gen. xxvii. d.

natiuitate regis nostri cognita: Herodes ad callida argumēta conuertitur. ne terreno regno priuaretur; renūciari sibi vbi puer inueniretur postulat. adorare eum velle se simulat: vt quasi hunc si inueniri possit extinguat. Sed quāta est humana malicia: cōtra consilium diuinitatis: Scriptum quippe est. Non est sapientia: non est prudentia: non est cōsilium cōtra dominū. Nam ea quę apparuit stella; magos perduxit: natū regem reperiunt: munera offerūt: & ne redire ad Herodem debeant/ in somnis ammonentur. Sicq; fit vt Iesum quem quærit Herodes inuenire nō possit. Cuius persona qui alij q̄ hypocritæ designantur: qui dum ficte quærunt: inuenire deum nunq̄ merentur. Sed inter hæc sciendum est. q̄ priscillianistæ hæretici nasci vnūquēq; hominem sub cōstitutiōibus stellarum putant. & hoc in adiutorium sui erroris assumunt: q̄ noua stella exit cum dominus in carne apparuit: cuius fuisse fatum eam quæ apparuit stellā putant. Sed si euāgelij verba pensamus: quibus de eadem stella dicitur. Vsq; dum veniēs staret supra vbi erat puer: dum non puer ad stellam: sed stella ad puerū cucurrit: si dici liceat: nō stella fatum pueri/ sed fatum stellæ is qui apparuit puer fuit. Sed absit a fidelibus; vt esse aliquid fatum dicāt. Vitam quippe hominū solus cōditor: qui creauit administrat: neq; enim propter stellas homo: sed stellæ propter hominem factę sunt. Et si stella fatum hominis dicitur: ipsis suis ministerijs subesse homini perhibetur. Certe cū Iacob de vtero egrederetur: & prioris fratris plantā teneret manu; prior profecto nequaq̄ egredi potuit: nisi subsequens inchoasset. Et tamen cum vno tempore eodemq; momento vtrūq; mater fuderit: non vna vtriusq; vitæ ęqualitas fuit. Sed ad hæc solēt mathematici respondere: quia virtus cōstellationis in ictu puncti est. quibus e diuerso nos dicimus: quia magna est mora natiuitatis. Si igitur in ictu puncti cōstellatio permutatur: necesse iam erit vt tot dicant fata/ quot sunt membra nascentium. Fateri etiam mathematici solent: q̄ quisquis signo aquarij nascitur: in hac vita piscatoris ministerium sortiatur. Piscatores vero vt fertur: getulia non habet. Quis igitur dicat: quia illic nullus in stella aquarij nascitur: vbi piscator omnimodo non habetur: Rursum quos signo nasci libræ asserunt: trapezitas futuros dicant: & trapezitas multarum gentium prouinciæ ignorant. Fateātur ergo necesse est: aut hoc in eis signum deesse: aut effectum fati nullo modo habere. In persarum quoq; Francorumq; terra

Prouer. xxi. d.

Vita humana nec a stellis nec a fato sed a solo deo administratur.

Gen. xxv. c.

Piscatores getulia nō habet.

reges ex genere prodeunt: quibus ꝓfecto nascẽtibus quis ęstimet quãti eisdẽ momẽtis horarũ ac temporũ ex seruili condicione nascũtur. Et tamẽ regnũ filij vno eodemq̀ꝫ sidere cũ seruis nati ad regnũ proficiũt: cũ serui qui secũ fuerãt nati: in seruitute morantur. Hæc de stella breuiter diximus: ne mathematicorũ stultitiam indiscussam pęterisse videamur. Magi vero aurũ/ thus/ & myrrhã deferũt. Aurũ quippe regi cõgruit. Thus vero in die sacrificiũ ponebatᷣ. Myrrha aũt mortuoꝝ corpora cõdiũtur. Eum vero magi quẽ adorãt etiã mysticis muneribus prędicãt/ auro regem/ thure deũ/ myrrha mortalẽ. Sunt vero nõnulli hęretici qui hũc deũ credũt: sed vbiq̀ꝫ regnare nequaquã credũt. Hi profecto thus ei offerũt: sed offerre ei aurũ nolũt. Et sunt nõnulli qui hũc regem existimãt: sed deũ negãt. Hic videlicet ei aurũ offerũt/ sed offerre thus nolũt. Et sunt nõnulli qui hũc & deũ & regẽ fatẽtur: sed assumpsisse cãrnẽ mortalẽ negãt. Hi nimirũ ei auꝝ & thus offerũt: sed offerre myrrhã assumptæ mortalitatis nolũt. Hos itaq̀ꝫ nato dño offeramus aurũ: vt hũc vbiq̀ꝫ regnare fateatᷣ: Offeramus thus: vt credamus ꝗ is qui in tẽpore apparuit: deus ante tẽpora extitit. Offeramus myrrhã: vt eũ quẽ credimus in sua diuinitate impassibilẽ: credamus etiã in nostra fuisse carne mortalem. Quãuis in auro: thure & myrrha: intelligi & aliter potest. Auro nãq̀ꝫ sapientia designatur. Salomone attestante qui ait. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem quod deo incenditur: virtus orationis exprimitur. Psalmista testante qui dicit. Dirigatur oratio mea: sicut incensum in cõspectu tuo. Per myrrhã vero carnis nostrę mortificatio designatᷣ. Vnde sancta ecclesia de suis operarijs: vsq̀ꝫ ad mortem pro deo certantibus dicit. Manus meæ distillauerunt myrrham. Nato ergo regi aurum offerimus: si in conspectu illius claritate supernę sapientiæ resplendemus. Thus offerimus: si cogitationes carnis per sancta orationũ studia in ara cordis incendimus: vt suaue aliquid deo per cœleste desideriũ redolere valeamus. Myrrham offeremus: si carnis vicia per abstinẽtiam mortificamus. Per myrrhã nanq̀ꝫ (vt diximus) agitur ne mortua caro putrefiat. Mortuã vero carnem putrescere est: hoc mortale corpus fluxi luxurię deseruire. Sicut de quibusdam per prophetã dicitur. Computauerunt iumenta in stercore suo. Iumẽta quippe in stercore suo putrescere est: carnales hoĩes in fœtore luxurię vitã finire. Myrrhã deo ergo offerimus: quãdo hoc mortale corpus

Regũ munera christo oblata quid significant.

Aurũ sapientiã significat thus orationẽ. &c.

Prouer. xxi. c

Psal. cxl.

Cãtico. v. b.

Iohel. i. d.

Iumenta in stercore putrescere q̇d est

luxuriæ putredinem per condimentũ continentię custodimus. Magnum vero aliquid nobis Magi innuũt: q in regionem suam per aliam viam reuertuntur. In eo nanq quod ammoniti faciunt: nobis profecto insinuant quid faciamus. Regio quippe nostra paradisus est, ad quam Iesu cognito: redire per viã qua venimus prohibeamus. A regione enim nostra superbiendo/ in obediendo/ visibilia sequendo/ cibum vetitũ gustando/ discessimus. Sed ad eam necesse est vt flendo/ obediendo/ visibilia contemnendo/ atq appetitum carnis refrenando: redeamus. Per aliam ergo viã ad regionem nostram regredimur: quoniam qui ad paradisi gaudijs per delectamẽta discessimus: ad hæc per lamẽta reuocamur. Vnde necesse est fratres charissimi vt semper pauidi: semperq suspecti ponamus ante oculos cordis, hinc culpas operis: illinc iudicium extremę districtionis. Pensemus ergo quam districtus veniat: qui iudicium minatur & latet. Terrores peccatoribus intẽta & tamen ad huc sustinet. Et idcirco venire citius differt: vt minus inueniat quos condemnet. Puniamus fletibus culpas: & cum psalmistæ vocæ præueniamus faciem eius in cõfessione. Voluptatũ nos ergo fallacia nulla decipiat, nulla vana lætitia seducat. In proximo nanq est iudex: qui dixit. Ve vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis: Hinc enim Salomon ait. Risus dolore miscebitur: & extrema gaudia luctus occupat. Hinc rursus ait. Risum reputaui errorem: & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Hinc rursus ait. Cor sapientium vbi tristicia est: & cor stultorum vbi lætitia. Pertimescamus igitur præcepta dei: si celebramus veraciter solemnitatem diei. Gratum nanq deo sacrificium est: afflictio cõtra peccatum. Psalmista testante: qui ait. Sacrificium deo: spiritus contribulatus. Peccata nostra præterita in baptismatis perceptione laxata sunt. Et tamen post baptisma multa commisimus: sed lauari iterum baptismatis aqua non possumus. Quia ergo & post baptismum inquinauimus vitam: baptizemus lachrymis conscientiam, quatenus regionem nostrã per aliam viam repetentes: qui ex ea bonis delectati discessimus: ad eã malis amaricati, redeamus.

Regio nr̃a paradisus est sed p aliã viã querenda.

Psal. xciiij.

Luce. vj. d.

Puer. xiiij. b.

Eccl. ij. a.

Eccle. vij. a.

Psalmi. l.

¶ Segmentum ex euangelio Lucæ secũdo capite. F. quod canitur dominicas infra octauas epiphaniæ domini. Historia facta est anno christi. xij. vij. Calendas Maij. feria quarta.



IN illo tẽpore. Cum factus esset dominus iesus annorum duodecim ascendẽtibus parẽtibus eius in hierosolymã secũdum cõsuetudinẽ diei festi: consumatisq; diebus cum redirent; remansit puer Iesus in Ierusalem: & non cognouerũt parẽtes eius. Extimantes aũt illum esse in comitatu: venerunt iter diei: & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes: regressi sunt in Ierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum: audientem illos: & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & respõsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerũt verbum quod loquutus est ad eos. Et descendit cum eis; & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et reliqua.

Remansit puer iesus & nõ cognouerunt parẽtes eius.

Dicendũ est inquit laurẽ. Non cognouit ioseph et mater eius. & sic est grece.

Expositio venerabilis Bedæ presbyteri.

QVæri potest cur dei filius ad orationẽ in templum ascẽderit; qui expiari per orationẽ nõ indigebat? Nobis vtiq; exẽplum reliquit: vt frequentaremus sanctas ecclesias: vbi deo offerre debemus orationes nostras. Quod duodecim annorum fuisse dicitur, præfigurabat quia ipse erat dies: qui duodecim horas: idest duodecim apostolos erat electurus. ☞ Consumatisq; diebus cum redirẽt: puer Iesus remãsit in Ierusalem. Et non cognouerũt parẽtes eius. ◿ Parẽtes christi typũ synagogæ tenẽt, quia iudæi in comitatu suo deũ quærunt, idest in culto veteris legis qui vere habitat in Ierusalẽ, idest inter nos: scilicet in sancta ecclesia. ☞ Et requirebãt eũ inter cognatos & notos. ◿ Videlicet per cerimonias legis putabãt se habere deũ. ☞ Et nõ inueniẽtes: regressi sunt in Ierusalem inquirẽtes eũ. ◿ Quia in fine sæculi oĩs israel saluus fiet. & per prædicationẽ Heliæ & Enoch xp̃m deũ habitare in ecclesia recognoscẽt: quẽ per obseruationẽ veteris legis se ꝓmereri putãt. Vnde recte subditur q;. ☞ Post triduũ inuenerũt illũ in medio doctorum sedẽtẽ; audientẽ & interrogantẽ illos. ◿ Post triduũ, idest post hoc quod fuit añ legẽ & sub lege: & sub gratia ad vltimũ credẽt; & inter medios doctores inueniẽt, quia dei filius inter oẽs sanctæ ecclesiæ alũnos speciosior speciali gratia & corporali existit. Stupebant

Christus duodecim annorum quid figurabatur.

autem omnes qui eũ audiebant;super prudentia & respõsis eius. Quia paucitatẽ dierũ vidẽtes: contemnebant paruitatẽ. admirabãtur tamen eius sapientiã. Et dixit mater eius ad illũ. Fili:quid fecisti nobis sic? Qui respõdit. Quid est quod me querebatis? Nõ hoc quãuis puer esset interrogauit nesciẽter: quid est hoc qđ me quærebatis;sed quia oculos cordis eorum volebat extollere ad intelligendã diuinitatẽ suam.ac si diceret. Non me tm̃ hominẽ debetis quærere;sed deũ etiã simul & hominẽ oportet vos intelligere. Vnde bene subintulit. Quia in his quę patris mei sunt: oportet me esse:in legis videlicet inquisitiõe. Quia vt superius legimus interrogabat legis doctores de quæstionibus legis. Alio modo & hoc potest intelligi ꝙ parẽtibus suis qui typũ iudærũ tenẽt;respõdit quasi diceret.quid est quod me quærebatis in cerimonijs legis humanitus;quẽ in ecclesia debetis inteliigere manentẽ diuinitus?

Humanitas et diuinitas legis diuersa rependũt.

Humanitas nãq; legis est carnẽ pręputij abscindere: & mala pro malis repẽdere. diuinitas ecclesiæ sacro baptismate remissionem peccatorũ sperare;& gratia sancti spũs interueniẽte:& bona pro malis reddere. Et ipsi nõ intellexerũt.quia iudęi ecclesiæ sacramẽta ignorant. Iuxta litteram cætera sunt intelligẽda;quia venit nazareth. & ꝙ mater eius conseruabat omnia;idest cogitabat hæc. Et iesus plenus sapientia & gratia apud deum proficiebat;& ætate apud homiues. Quod ergo dñs per omnes annos in pascha cũ parẽtibus hierosolymam venit;humanæ nimirum humilitatis indicium est. Hominis nanq; est ad offerenda deo sacrificiorũ spiritualiũ vota cõcurrere: & auctorem suũ orationibus lachrymisq; sibi conciliare profusis. Fecit ergo dñs inter homines homo natus;quod faciendum hominibus per angelos imperauerat deus. Seruauit ipse legem quã dedit: vt nobis qui puri homires sumus

Deus quare seruabit egẽ.

seruandum per om̃ia quicquid deus iubet;ostẽderet. Sequamur interim humunæ conuersationis eius exemplum: si deitatis gloriam delectamur intueri.si optamus habitare in domo eius æterna in cœlis omnibus diebus vitæ nostræ. si iuuat videre voluntatem domini: & protegi á templo sancto eius. & ne vlla in æternũ malorũ aura pulsemur;meminerimus ecclesiæ domũ necessarijs precum mundarũ frequentare muneribus. Quod ipse duodenis in templo sedit in medio doctorum: audiens & interrogans illos: humanæ est humilitatis indicium: immo etiam eximium discendæ humilitatis exemplũ. Dei virtus & dei sapientia ęternaq; diui

nitas loquitur. Ego sapientia habito in consilijs; & eruditis inter sum cogitationibus. Meum est consilium & æquitas mea, prudẽtia mea est; & fortitudo. Per me reges regnant: & conditores legũ iusta decernũt. Beatus homo qui audit me. & qui vigilat ad fores meas quotidie: & obseruat ad postes ostij mei. Ipsa homine induta ad audiendos homines aduenire dignata est, vt nimirum hominibus quamuis summo ingenio præditis necessariam discendi verbi formam prærogaret; ne si qui discipuli veritatis fieri refugerent: magistri efficerentur erroris) Et bene qui iuuenis erat doctrinæ subiturus officium, puerulus adhuc seniores audit & interrogat, vt videlicet eorum prouida dispensatione compescat audaciam: qui non solum indocti sed etiam impubes ad docẽdum prorumpere magis, q̃ ad discendum volũt submitti. Sequamur iter eius humanitatis; si nos mansio diuinæ delectat visionis memores semper illius præcepti. Audi fili mi disciplinã patris tui; & ne dimittas legẽ matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo; & torques collo tuo. Per auditum quippe disciplinæ paternæ ac per obseruãtiam maternæ legis gratia capiti nostro & collo torques adijcitur quia quãto quis diuinis intentus fuerit auscultare præceptis, quãto ea quæ didicerit in vnitate matris ecclesiæ diligẽtius obseruare studuerit: tanto & nunc dignius ad honorem prædicandi: & in futuro sublimius ascendet ad beatitudinem cum christo sine fine regnandi. Verum ne quis existimet dominũ saluatorem ob imperitiæ necessitatem adijsse: audisseq; & interregasse magistros: videamus quid loquitur. ☞ Stupebant autem omnes qui eum audiebãt super prudentia & responsis eius; & videntes mirati sunt. ◁ Qui enim verus homo & verus erat deus: ad ostendẽdum quia homo erat; homines magistros humiliter audiebat ad comprobandum quis erat: eisdẽ loquentibus sublimiter respondebat. Quod matri quærenti ac dicenti ☞ Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te? Respõdit. & cu dest q̃ me quærebatis: nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? ◁ Diuinæ maiestatis indiciũ fuit: de qua alibi dicit. Omnia quæcunq; habet pater: mea sunt. Atq; ideo rectissime templum non minus ad se; q̃ ad patrem pertinere testatur. Inuentus quippe in tẽplo dicit: quia in his quæ patris mei sunt: oportet me esse, quia n mirũ quorũ vna est maiestas & gloria: horũ etiã vna sedes ac domus est. Non solũ materialẽ dei domum quæ ad adorãdum eum

Prouer. viij. b.

Vt prærogaret nobis discẽdi formã: audiuit christus doctores legis.

Non indocti nec impubes debent esse doctores.

Prouerb. j. a.

Textus.

Textus.

Ioan. xvj. c.

temporaliter fieri solet: sed etiam domum intellectualem quæ ad laudandũ eum in æternum construitur: æque patri & filio: im mo etiam sanctis constat esse communem. Deniq; idem filius qui de se ac patre dilectori suo promittit: veniemus ad eum: & mansionẽ
Ioan.xiiii.c. apud eum faciemus. dicit de spiritu sancto. Et ego rogabo patrem
Ibidem.b. & alium paracletum dabit vobis vt maneat vobiscum in æternũ spiritus veritatis: quia apud vos manebit & in vobis erit. Quia videlicet eiusdem sanctæ trinitatis cuius vna atq; indiuisibilis natura diuinitatis est mansio: in cordibus electorũ dispar esse nõ potest. Ergo q dominus in tẽplo sedens dicit. In his quæ patris mei sunt oportet me esse. declaratio est cum sempiterno deo patre potestatis & gloriæ Quod igitur rediens dominus nazareth erat subditus parentibus: humanæ est veritatis indicium simulq; humili
In humanitate subditus erat xps hominibus. litatis exemplum. In ea nanq; natura subditus erat hominibus: in qua minor est patre. Vnde ipse dicit. Vado ad patrem: quia pater maior me est. In qua etiam minoratus est paulominus ab ange-
Ioã.xiiij.d lis. In illa autem in qua ipse & pater vnum est: in qua non in tem
Hebre.ij.d. Psal.viij. pore vadit ad patrem: sed semper in ipso est: omnia per ipsum facta sunt: & ipse est ante omnia. Multum est miranda magnæ dispensatio pietatis. qui dum parentes suos mysterium diuinæ suæ maiestatis necdum capere vidisset: exibuit eis humanę subiectionem humilitatis: vt per hanc eos paulatim ad agnitionem diuinitatis instrueret. Cum enim dixisset. Quid est hoc q me quærebatis? nesciebatis quia in his quę patris mei sunt oportet me esse? & ipsi non intellexerunt verbum: quod loquutus est ad illos.
Textus. Sicut euangelista consequenter insinuat. Descẽdit cum eis & venit nazareth: & erat subditus illis. Dicebat ergo archanum suæ diuinæ virtutis parentibus humanæ fragilitatis matri suæ (scilicet cet veræ suę carnis) & castissimo tutori castitatis illius. qui per id temporis: (necdum prolata Lucæ euangelista) ab õmibus pene qui eos nosse nouerant. carnali coniunctione vir eius carnali administratione: pater extimabatur: simul & vocabat̃ ipsius domini saluatoris. Dicebat inquã eis. Quia in his quæ patris mei sunt: oportet me esse.

Segmentum ex euangelio Ioannis secundo capite. A. quod canitur dominica.i. post octauas epiphaniæ.

Miraculum hoc fecit Iesus anno eius. xxxi. octauo Calendas Ianuarij feria.ij.



Vptiæ factæ sunt in chana galileæ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias: & deficiēte vino: dicit mater Iesu ad eū Vinū non habent. Et dixit ei Iesus. Quid mihi & tibi mulier? Nōdum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunq3 dixerit vobis facite. Erant autē ibi lapideæ hydriæ sex positæ secūdū purificationē iudæorꝫ; capiētes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas vsq3 ad summū. Et dicit eis Iesus. Haurite nūc: & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autē gustauit architriclinus aquā vinū factū; & non sciebat vnde esset ministri aūt sciebāt qui hauserāt aquā. vocat sponsum architriclinus: & dicit ei. Omnis homo primū bonū vinū ponit: & cum inebriati fuerint: tunc id quod deterius est. tu autē seruasti bonū vinū vsq3 adhuc. Hoc fecit initiū signorꝫ Iesus in chana galileæ; & manifestauit gloriā suā; & crediderūt in eum discipuli eius.

Homilia venerabilis bedæ presbyteri.



Vod dominus noster atq3 saluator ad nuptias vocatus nō solum venire; sed etiā miraculū ibidem quo conuiuas lætificaret facere dignatus est, exceptis cœlestium sacramentorꝫ figuris, etiam iuxta litterā; fidem recte credentium cōfirmat. Porro taciani & marciani cæterorūq3 qui nuptijs detrahunt perfidia: q3 sit damnabilis insinuat. Si enim thoro immaculato & nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset: nequaq3 dñs ad has veniret: & nequaq3 eas signorꝫ suorum initijs consecrare voluisset? Nunc autē quia bona est castitas coniugalis: melior cōtinentia vidualis: optima perfectio virginalis. ad comprobandam omniū electionē graduum: & discernendū meritū singulorꝫ; ex intemerato Marię virginis vtero nasci dignatus est: a prophetico annæ viduæ ore mox natus benedicitur. a nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatus: & hos suæ presentia virtutis honorat. Sed hoc est ad altiorem cœlestium lætitiam figuratum. Facturus namq3 miraculum in terra dei filius venit ad nuptias: vt ipsum se esse doceret. de quo sub typo solis psalmista præcinit. Et ipse tanq3 sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currēdam viam: a summo cœlo egressio eius. & occursus eius vsq3 ad summū eius. Qui & ipse quodam loco de suis fidelibus ait. Nunquid possunt filij sponsi lugere: quamdiu cum ipsis est sponsus? Venient autem dies cum

Dānatur perfidia taciani & marciani & cæterorū nuptijs detrahentium.

Tres vincedi ordines.

Psal. xviij.

Matt. ix. b.

auferetur ab eis sponsus:& tūc ieiunabunt. quia nimirū incarnatio nostri saluatoris ex quo patribus cœpit promitti: multis sanctorum est lachrymis & luctu semper expectata donec veniret. Similiter ex quo post resurrectionem ascēdit in cœlum: omis sanctorum spes ad eius pendet reditum. Solo autem quo cum hominibus cōuersatus est tempore flere ac lugere nequiuerunt. quia iam secum etiam corporaliter eum quem spiritualiter dilexerunt: habebant. Sponsus ergo Christus: sponsa eius Ecclesia. filij sponsi vel nuptiarum; singuli quiq; fideles eius sunt. Tempus nuptiarum est; tempus illud quādo per incarnatiōis eius mysterium: sanctam sibi ecclesiam sociauit. Non igitur casu; sed cœlestis gratia mysterij venit ad nuptias in terra carnali more celebratas, qui ad copulandā sibi spirituali amore Ecclesiam: de cœlo descēdit ad terram. Cuius quidem thalamus; incorruptæ genitricis vterus fuit. in quo deus humanæ naturæ cōiunctus est. & ex quo ad sociādam sibi Ecclesiā: tanq̄ sponsus processit. Primus nuptiarum locus iudæa extitit. in qua filius dei homo fieri: & Ecclesiam sui corporis participatione consecrare: suiq; spiritus pignore in fide confirmare dignatus est. Sed vocatis ad fidem gentibus vsq; ad fines orbis terræ; earūdem nuptiarum votiua gaudia peruenerūt. Nec vacat á mysterio q̄ die tertio post ea quæ superior euangelij sermo descripserat; nuptiæ factæ referuntur. sic tertio tempore sæculi dominum ad optādam sibi Ecclesiam: venisse designat. Primum quippe sæculi tempus ante legem: Patriarcharum exemplo. secūdum sub lege Prophetarum scriptis. tertium sub gratia: præconijs euangelistarum. quasi tertiæ diei luce mundo refulsit: in quo dn̄s & saluator noster pro redemptione generis humani: in carne natus apparuit. Sed & hoc in cana galileæ; idest in zelo transmigrationis perpetratæ eædem nuptiæ factæ perhibenẽ: typice denūciat eos maximæ gratia christi dignos existere: qui zelo feruere piæ deuotiōis & emulare charismata maiora/ac de vitijs ad virtutes bona operādo: de terrenis ad æterna norūt sperando & amando transmigrare. Discumbente autem ad nuptias domino vinum defecit: vt vino meliori per ipsum mirabili ordine facto manifestaretur gloria latentis in homine dei: & credentium in eum fides aucta pficeret. Quod si mysterium quærimus: apparēte in carne domino: meraca illa legalis sensus strauitatis paulatim cœperat ob carnalē pharisæorum interpretationē/a prisca sua virtute deficere: quia mox ea quæ carna

Significatio personarum et tēporis nuptiarum.

Chana interpretatur zelus.

lia videbant mandata; ad spirituale couertit doctrinã; cunctamq;
litterę legalis superficiẽ; euãgelica cœlestis gratię virtute mutauit
qđ est vinũ fecisse de aqua. Sed primo studeamus indagare; quid
sit q cum deficiente vino diceret mater Iesu ad eum. Vinum nõ habent, respondit: quid mihi & tibi est mulier? nondũ venit hora mea. Neq; eñ vt matrẽ suã inhonoraret; qui nobis iubet honorare patrẽ & matrẽ: aut eam sibi esse matrem negaret: ex cuius carne virginea carnẽ suscipere nõ despexit: etiã apostolo teste q ait. Qui factus est ei ex semine Dauid scđm carnẽ. Quomodo ex semine Dauid scđm carnẽ; si nõ ex corpore Marię scđm carnẽ: quę ex semine Dauid descẽdit? Sed in eo q miraculum facturus erat ait: quid mihi & tibi est mulier? significat se diuinitatis qua miraculũ erat patrandũ; nõ principiũ tẽporaliter accepisse de matre; sed p æternitatem semp habuisse de patre. Quid mihi & tibi inquit est mulier? nõdũ venit hora mea: cui ex diuinitate quã ex patre semper habui cũ tua carne; ex qua carnẽ suscepi cõmune nõ est. Nõdum venit hora mea: vt fragilitatẽ sumptæ ex te humanitatis moriendo demonstrarem: prius est: vt potentiam æternæ deitatis virtutes operãdo patefaciã. Veniet autẽ hora; vt quid sibi & matri cõmune esset ostẽderet: cũ eã moriturus in cruce discipulo ꝟgini virginẽ cõmendare curauit. Carnis nãq; infirma ꝑpetiens; matrẽ de qua hæc suscepit pie cognitam: ei quẽ maxime diligebat discipulo cõmẽdauit: quã diuina facturus quasi incognitã se nosse dissimulat: quia hanc diuinæ natiuitatis auctorẽ nõ esse cognoscit. Erant aũt lapideæ hydrię sex positæ scđm purificationẽ iudæorꝫ: capientes singulę metretas binas vel ternas. Hydriæ vocãtur vasa aquarũ recepturi parata: gręce eñ aqua hydor dicit. Aqua autẽ scripturæ sacræ sciẽtiã designat: quæ suos auditores & á peccatoum sorde abluere & diuinæ cognitionis solet fonte potare. Vasa sex quibus continebatur: corda deuota sunt sanctorum: quorum perfectio vitæ & fidei exemplum recte viuendi ac credẽdi proposita est generi humano per sex sæculi labentis ætates, idest, vsq; ad tẽpus dominicæ prædicationis. Et bene lapidea sunt vasa: quia fortia sunt præcordia iustorꝫ: vt pote illius fide & dilectione solidata lapidis: quẽ vidit Daniel præcisum de mõte sine manibus: factũq; in mõtem magnũ: & impleuisse omnẽ terram: & de quo dicit zacharias. In lapide vno septẽ oculi sunt. idest. in christo vniuersitas sciẽtiæ speritualis inhabitat. Cuius & apl's Petrus meminit dicẽs. Ad

Textus.
Quare dixit mulier & non mater.
Rom.j.a.
Textus.
hydos grece aqua latine.
Dan.ij.e.
Zach.iij.b.
j.Pet.ij.a.

quem accedentes lapidē viuū/ & ipsi tanq̄ lapides viui superedificamini. Bene secundū purificationē iudęorū tantū positæ sunt hydriæ: quia iudeorū tantū populo lex per Moysen data est. Nā gratia euangelij & veritas/ non minus gentibus/ q̄ iudæis per Iesum christū facta est. Capientes inquit singulæ metretas binas vel ternas: quia scripturæ sanctæ auctores & ministri prophetæ/ modo de patre tantū loquūtur & filio: vt est illud. Omnia in sapiētia fecisti. Virtus etenim dei & sapiētia christus est. Modo etiam spiritus sancti faciūt mentionē: iuxta illud psalmographi. Verbo dn̄i cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorū. Verbū dn̄i & spiritū/ totam quæ vnus deus est intellige trinitatē. Sed quantū inter aquā & vinū; tantū distat inter sensum illum quo scripturæ ante aduentū saluatoris intelligebantur; & eum quē veniens ipse reuelauit apostolis; eorūq; discipulis perpetuo sequendum reliquit. Et quidē potuit dn̄s vacuas implere hydrias vino: qui in exordio mundanæ creationis cuncta creauit ex nihilo: sed maluit de aqua facere vinū: quo typice doceret non se ad soluendum improbandumq; sed adimplendū potius legem prophetasq; venisse. Neq; alia se per euangelicā gratiam facere & docere: q̄ quæ legalis & prophetica scriptura eum facturū doctorūq; signaret. Videamus ergo fratres sex hydrias scripturarū aqua salutari repletas: videamus eandem aquam in suauissimum odorem gustumq; vini conuersam. In prima ætate sæculi; Abel iustū frater inuidens occidit. & ad hoc ipse perpetua martyrij gloria beatus: etiam in euangelicis & in apostolicis litteris iusticiæ laudē accepit: fratricida impius æternæ maledictionis pœnas luit. Quicunq; his auditis metuunt cum impijs damnari: cupientes benedici cum pijs: omnium odiorum & inuidiæ fomitem obijciunt: deo placere per sacrificium iusticiæ; modestiæ; innocentiæ; ac patientiæ curāt: vas plenū aquę in scriptura inueniunt; vnde salubriter abluti potatiq; gaudeant. Sed si intellexerint Cain homicidam iudęorum esse perfidiam: occisionem Abel passionem esse saluatoris: terram: quæ aperuit os suum & suscepit eius sanguinem de manu Caim: ecclesiā esse quæ effusum á iudæis christi sanguinē in mysterium suæ renouationis accepit: nimirum aquam in vinum mutatam reperiūt: quia sacræ dicta legis sacratius intelligunt. Secūda ętate sęculi inchoante/ deletus est aquis diluuij mundus ob magnitudinem peccatorum: sed solus Noe propter iusticiam est cum domo sua liberatus in arca.

Psal. ciij.

Psal. xxxij.

Dn̄s quare non implenit hydrias vacuas vino.

Prima etas seculi, quid representat in nouo testamento: & sic de ceteris.

Cain homicida iudeorum perfidiam designat, & occisio abel passionem dn̄i. & terra ecclesiā. &c.

Gen. vij. c.

Secūda etas seculi.

Huius plagæ audita vastatione horribili. Paucorumq; liberatiõe mirabili: quisquis emendatius viuere cœperit; liberari desiderans cum electis/ timẽs exterminari cum reprobis; hydriam profecto aquæ qua mũdaretur vel reficeretᷣ accipit. At vero dũ altius respi cere cœperit: & in arca ecclesiam; in Noe christum; in aqua diluẽte peccatores: aquã baptismi quę peccata diluit: in hominibus vel in animalibus quæ arca cõtinebat: multifariam baptizatorum diffe rentiam: in columba quæ post diluuiũ ramum oliuę intulit in arcã vnctionẽ spiritussancti: qua baptizati imbuuntᷣ intellexerit: vinũ profecto de qua factum miratur: quia iam in veteris historia facti suam ablutionem; sanctificationem; iustificationem ꝑphetari con templatur: quæ vtiq; contẽplatio dulcior est omni falerno. Tertia ætate sæculi deus tentãs obedientiam Abraæ: filium vnicum eius eum quem dilexit in holocaustum sibi offerri præcepit. Non dif fert Abraã facere quæ iubetur: sed pro filio immolatur aries. Ipse tamẽ pro obedientiæ virtute eximia; perpetuæ benedictionis hę reditatem donatur. Ecce habes hydriam tertiam. Audiens enim quanta virtus obediẽtiæ; quanta mercede remuneremur: & ipse obedientiam discere atq; habere satagis. Q d̄ si immolationẽ filij vnici dilecti: passionẽ eius intelligis: de quo dicit pater. Hic ẽ filius meus dilectus; in quo mhi bene complacuit. In qua quia diuinita te impassibilis permanet: sola humanitas mortem passa est: & do lorem attẽderis: quo quasi filius offertur; sed aries mactatur. Si in telligis benedictionem quæ promissa est abraæ: in te & cęteris gẽ tibus credentis munus esse completum; nimirum tibi de aqua vi num fecit: quia spiritualem sensum cuius nota fragrantia debria ris aperuit. Quartæ ætatis in initijs Dauid pro saule regnũ Israe liticæ gentis sortitur; humilis; innocẽs: & mitis: exul pro illo cuius iniusta diu persecutione cruciabatur: Ecce hydria quarta fonte sa lutari repleta. Quisquis hæc audiens: humanitati atq; innocentię studere: & superbiã atq; inuidiam cœperit suo de corde repellere: quasi haustum aquæ limpidissimæ quo reficiatur inuenit. At si in Saule persequẽtes iudæos; in Dauid christum & ecclesiã significa ri cognouerit: illorum ob perfidiam & carnale simul imperium & spirituale simul destructum: christi autẽ & ecclesiæ regnũ esse mã surũ poculũ vbiq; vini de aqua factum sentiet: quia se suãq; vitã & regnũ; sed & seipsum regem ibi scriptum legere noluit: vbi quasi de alijs veterem legebat historiam. Quinta ætate sęculi populus

Tertia etas secul.

Matt. iij. v.

Quarta etas seculi.

Quinta etas seculi

peccans captiuitate Nabuchodonosor babiloniã transmigrat; sed post septuaginta annos pœnitens & correctus; in patriam per Iesum sacerdotem magnum reducitur: vbi domum dei quæ incẽsa est: & ciuitatẽ sanctã; quæ destructa ẽ reedificat. Hæc audiẽs siue le gẽs quisq; peccandi metũ arripit: ad pœnitẽdi remedium cõfugit, aqua hydriæ purificatiõis ablutus est. Si vero intellegere didiceris Ierusalẽ & tẽplũ ecclesiã christi: babylonẽ confusionẽ peccatorũ; Nabuchodonosor diabolum: Iesum sacerdotem magnum/ verũ æternũq; pontificẽ esse Iesum christũ: septuaginta annos bonorũ plenitudinem operũ; quæ per spiritussancti dona largiũtur: videlicet propter decalogum & septiformẽ eiusdem spiritus gratiam. Videritq; hoc quotidie fieri: alijs nimirũ á diabolo de ecclesia peccando raptis: alijs gr̃a spiritussancti per christũ resipiscendo ac pœnitendo reconciliatis: vinũ de aqua factũ habet: quia ad se pertinere quę scripta sunt ĩtelligẽs/ magno mox cõpũctionis ardore quasi musto incalescẽs; quicq̃d sibi peccati captiuitatis inesse deprehẽderit: per christũ gratiã liberari deposcit. Sexta inchoãte seculi ętate: dñs ĩ carne apparẽs: octaua die natiuitatis iuxta legẽ circũcisus est: trigesima & tertia post hęc ad tẽplũ delatus; & legalia sunt pro eo munera oblata. Hæc intuens ad litterã: aperte discimus quãta nobis diligentia sunt euãgelicæ fidei subeunda mysteria: quando ipse benedictionẽ gratiæ offerẽs; qui legẽ litteræ dedit: veterũ primo cerimoniarũ ritu consecrari: qui cuncta diuinitus cõsecrat & sic nouæ gratiæ sacramẽta suscipere simul & tradere curauit. Ecce hydria sexta ad abluẽda peccati cõtagia: & potanda vitæ gaudia; mundiorẽ cæteris offerẽs vndam. Verum si in octaui diei circũcisione: baptisma quod in mysteriũ dñicę resurrectionis á peccatorũ nos morte redemit; intelligis; in inductione in tẽplum & oblatione hostiæ purificantis: cognoscis fideles quosq; de baptisterio ad altare sanctũ ingredi: ad dñici corporis & sanguinis victima singulari debere cõsecrari: vino quidẽ de aqua facto: & quidẽ meracissimo donatus est. Porro si circuncisionis diem ad generalem humani generis resurrectionem: quando mortalis propago cessabit: & mortalitas tota immortalitate mutabitur interpretaris: & circũcisos includi in templum cum hostijs intellexeris: quãdo post resurrectionẽ vniuersali expleto iudicio: sancti incorruptibiles iã facti ad contemplandum perpetuo speciẽ diuinæ maiestatis: cũ bonorũ odorũ muneribus intrabũt; mirãdum profecto vinũ de aqua fieri

Sexta ætas.

In circuncisione nota resurrectionem quãdam gñalẽ.

videbis. Cuius cõditori recte protesteris: & dicas, Et poculũ tuum inebriãs q̃ præclarũ est. Ergo dñs vinũ in gaudia nuptiarum: nõ de nihilo facere voluit: sed hydrias sex repleri aqua præcipiẽs: hãc mirabile cõuertit in vinũ: quia sex mũdi ætates sapiẽtiæ salutaris largitate donauit: quã tamen ipse veniens sublimioris sensus virtute fœcũdauit; Nam quæ carnales carnaliter tantum sapiebãt, ipse spiritualiter sentienda reserauit. Vultis audire fratres qualiter de aqua fecerit vinũ? Apparuit post resurrectionẽ suã duobus discipulis ambulãtibus in via: ibatq; cum illis: & incipiens a Moyse & omnibus ꝓphetis, interpretebatur in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Vultis iterum audire quõ eodem vino sunt inebriati? Postmodũ cognoscẽtes quis esset qui eis verbum vitæ ꝓpinabat: dicebãt ad inuicẽ. Nonne cor nr̃m ardẽs erat in nobis cum loqueretur in via: & aperiret nobis scripturas? Dicit Iesus ergo ministris. Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas vsq; ad summum. Quid per ministros qui hęc iubẽtur facere: nisi xp̃i signãtur discipuli? Qui impleuerũt hydrias aqua: nõ quidẽ ipsi preteritas mũdi ætates legalibus ac ꝓpheticis implẽdo scriptis: sed ipsas intelligendo prudẽter: & aperiẽdo fideliter. Quia scriptura quæ a ꝓphetis ministrata est: & salubris est ad haustũ sapientię cœlestis: & ad operũ castigationẽ vtilis. Impleuerũt eas vsq; ad summũ: et quia recte intellexerunt nullũ fuisse tẽpus sæculi a sanctis alienũ doctoribus: qui siue verbis siue exẽplis; siue etiã scriptis viã vitę mortalibus pãderẽt. Et dicit eis. Haurite nũc & ferte architriclino. & tulerunt. Architriclinus aliquis legisperitus illius tẽporis est: fortasse Nicodemus vel Gamaliel: vel discipulus tũc eius Saulus: nũc aũt magister totius eccl'ię Paulus apostolus. Et cũ talibus verbũ euãgelij creditur: qđ in littera legis & prophetiæ latebat occultum: vinũ vtiq; architriclino de aqua factũ ꝓpinatur. Vñ cõueniẽter perhibet: ꝙ architriclinus vocato spõso dixerit. Omis hõ primũ bonũ vinũ ponit: & cum inebriati fuerint: tunc id qđ deterius est: tu autẽ seruasti bonũ vinũ vsq; adhuc. Quia doctorũ est cognoscere distãtiã legis & euãgelij veritatis & vmbræ: cũctisq; veteribus istitutis cũctis terreni regni ꝓmissis: nouã euãgelicæ fidei grãm ꝑpetuę patriæ cœlestis dona preferre. Hoc fecit initiũ signoꝝ iesus i chana galileę: & manifestauit gloriã suã. Manifestauit hoc signo: q̃a ipse esset rex glíæ & ideo spõsus eccl'ię: qui vt hõ cõis veniret ad nuptias; sed quasi dñs cœli & terræ elemẽta ꝓut voluisset cõuerteret.

Psal.xxij. (right margin)
Lu.xxiiij.ca. Textus. Per ministros discipuli signantur. (right margin)
Architricli. Textus. (right margin)
Textus (right margin)

Pulchra est rerum couenietia/qui initio signorum;quæ mortalis ad huc mortalibus erat ostensurus;aquā couertit in vinū. Ipso vtiq initio signorum quæ immortalis iā per resurrectionē effectus/imor talis vitæ studia sola sectantibus ostenderet;carnalē prius & quasi insipidā mentem eorum sapore sciētiæ cœlestis imbuit. Nā & primo cōsistens in terra;sui spūs munere aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Et postmodū misso eodē spū de cœlis;maiorē supni amoris simul & sapientiæ spiritualis fragrantiā eorum cordibus infudit;data insuper oīm cognitione linguarū; quibus vniuerso orbi eam quā perceperāt vitæ gratiam:propinare sufficerēt. Has ergo christi ecclesiæ nuptias fratres charissimi; quæ & tūc vna in ciuitate figurabant;& nunc vniuerso celebrātur in orbe terrarum/ diligamus tota mēte. Harū gaudijs cœlestibus/indefessa bonorum: operū intētione iungamur. Has quidē per fidē vocati intremus & mūdo dilectionis habitu celebrare curemus: nostręq actionis simul & cogitationis maculas ante diē extremi discriminis ipsi sollicitius examinādo diluamus. ne forte tūc ingrediens rex qui has filio suo nuptias fecit;si viderit nos nuptialē charitatis vestem non habere;eijciat nos;& ligatis a bene agendi facultate pedibus nostris ac manibus/exteriores mittat in tenebras. Mundemus fide fortia cordiū nostrorum vascula scdm purificationē præceptorum cœlestiū. Impleamus hæc aqua scientiæ salutaris/sacræ lectioni crebrius attēdendo. Rogemus deū;vt ipsam;quā nobis scientiæ gratiam cōtulit(ne forte inflet)charitatis suæ feruore calefaciat;& ad superna quærenda sola hac sapientia couertat;quatenus spūliter
Psal.lix. inebriati/possimus & ipsi cum ppheta cantare. Potasti nos vino cōpunctionis. Sicq fit/vt nobis quoq bene proficiētibus/& nūc ex parte prout capere sufficimus;& in futuro perfecte Iesus manifestet gloriam suam;in qua viuit & regnat cū patre in vnitate spiritussancti deus;per omnia sæcula seculorum. Amen.

¶ Segmentū ex euāgelio Matthæi octauo capite. A. quod canitur dominica secunda post octaua epiphanię. Historia. facta est anno christi. xxxiij. idus Iulij. feria. v.

CVm autem descēdisset Iesus de monte:secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens. Dñe/si vis potes me mūdare. Extendēs Iesus manū tetigit eum dicens. Volo;mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide nemini dixeris,sed vade; ostēde te sacerdoti; &

Domine si vis po. grecæ est si velis.

offer munus tuum quod præcepit Moyses in testimonium illis. Et reliqua.

Homilia Origenis.

DOcente in mõte dño: discipuli venerũt ad eum sicut alacres sicut domestici/ sicut ꝓximi/ sicut amici vel fratres. Ideo ait & dominus ad eos. Vos estis sal terræ: & vos estis lux mũdi. Nũc vero descendente eo de monte/ turbæ secutæ sunt eũ; quæ in mõtẽ ascẽdere nõ potuerũt/ vt pigri populi/ vt negligẽtes/ vt imperfecti. Ita & filij israel primitus in montẽ Sinai ascendere nõ valuerunt: ad obuiãdum deo pergere non potuerunt/ propter suã irreligiositatem & impietatem: sed solus Moyses ascẽdit: & pauci cum eo seniores israel. Ita & cum dño discipuli soli in montem ascenderunt: & tardiores deorsum steterũt. Sic & modo vigilantes & alacres & fideles animæ: deum timentes & dominũ diligẽtes; regna cœlestia desiderãtes; dñm semper sequẽtes; post dominũ in illum cœlestẽ mõtem ascẽderunt: audiẽtes apostolũ dicẽtem. Quæ sursum sunt quærite/ quæ sursum sunt sapite; vbi xp̃s est in dextera dei sedẽs. Descẽdente nunc dño: hoc est inclinãte se ad infirmitatẽ & impotẽtiã cæterorum: misertus imperfectiõi eorum vel infirmitati/ secutæ sunt eum turbæ multæ: aliquãti propter charitatẽ: aliquãti ꝓpter doctrinã; aliquãti propter admirationem & curationẽ: & ecce homo leprosus vnus ex illis qui curã quærebant: qui leuamẽ desiderabãt. Et ecce leprosus veniẽs adorabat eum: dicens. Dñe/ si vis potes me mundare. Deorsum currens rogas ô homo; & in monte nihil dicis. Quare sic? Quia tẽpus & tempora omi rei sub cœlo: tẽpus doctrinæ: & tempus curationis. In monte docuit/ illuminauit; monuit; animas curauit; corda sanauit. Ptopterea ergo illa maiora tentare voluit: illa summa tardari passus est. Ipsis ergo ab illo cõpletis: deorsum eo de monte ad curandum descendente: & sicuti de cœlo; sicuti de cœlestibus mõtibus ad saluandos carnales descendẽte. Venit ergo ad eum homo leprosus/ adorãs eum. Antequam peteret/ adorare cœpit: antequam rogaret/ culturã ostẽdit. Adorauit autem eum. Pro hoc autem ipso deum & dominum eum inuocans: adorabat eum. Sic & illi beati Magi prius procedẽtes adorauerunt eum: & ita demum munere obtulerunt. Eodem modo & nunc iste credens adorabat: & sic supplicem obtulit postulationem. Domine dicẽs: tu qui digne adoraris: qui merito coleris: te ego vt dñm adoro; ideoque te dñm dico. Opera prius conte-

Matt. v. b.
Exo. xix. a.
Colos. iij. a.
Textus.
Tempus et tẽpora omni rei sub celo. Eccl. iij. a.
Matt. ij. b.

stans:& sic verba loquēs. Per te enim omnia facta sunt:tu ergo domine si vis:potes me mundare. Voluntas tua opus est:ideo si vis potes me mundare. Voluisti vt hæc immūdissima lepra super me veniret:siue propter mea peccata;vt correptus pœnituissem:siue propter tuā prudentiam;vt mirabiliter me mūdans magnificeris. Omnia dispensanter & prudēter facis:& salutem largiter tribuis. Siue ergo hāc lepram propter mea peccata portaui:dimittēs culpas meas munda me:siue propter prudētiam tuam me mirabiliter mūda;vt ab omnibus magnificeris. Domīe:si vis potes me mūdare. Voluntas tua opus est:quia & opera voluntati tuæ obediūt:ideoq̧ si vis potes me mundare. Non dubito.non fallor:non dico
Mar. ix. c. sicut ille qui filij salutem deprecabatur. Si quid potes adiuua nos. Sed scio quia omnia potes:ideoq̧ non potentiam peto:non fortitudinem quæro:has enim scio esse indeficiētes:sed tantum voluntatem tuam deprecor:& sequens virtus statim hāc gratiam adimplebit. Domine;si vis potes me mundare. Mihi ad beneficiū; tibi ad laudem;videntibus ad miraculum; & proficiendi doctrinam. Domine;si vis potes me mūdare. Tu prius Naaman principē syriæ per heliseum in iordane tāgens a lepra mūdasti: tu & modo
iiii. Re. v. c. si vis potes me mūdare. Cui respōdēs dominus:ait. Cōfiteris quia ego possum: ꝯfiteris quia si ego volo:fit: ideo volo mūdare. Volo mundare. Magnifice credis,magnifice & mūdaris. Plenissime cōfiteris;plenissime lætificaris. Volo mūdare. Non dubitasti credere:non tardo sanare. Non distulisti confessionem;non differam te mūdare. Volo mūdare. Vt & magnam gratiam tibi ostēdam: manum ad te porrigam. Extēdēs itaq̧ Iesus manum:tetigit eum dicens. Volo mundare. Et quare tetigit eum dñs; cum lex prohi-
Tit. i. buisset leprosum tangere? Propter hoc tetigit vt ostendisset;quia omnia munda mūdis:quia aliorum alijs nō adhęrēt inquinamenta;quia extranea immūdicies immaculatos non coinquinat. Sed
Oia munda mūdis sunt. adhuc propter quid tetigit? Vt humilitatem demōstraret: vt nos doceret nullum spernere;nullum horrere;nullum contēptibilem ducere propter corporis læsionē;aut maculationē quæ a domino immittitur:pro qua ipse scit ratione. Extendēs ergo manū Iesus; tetigit eum. Medicus ait sum cœlestis;corpora cū animabus curare possum: ꝓpterea omnes tango:nō vt infirmitas mihi adhęreat: sed ideo vt ab his qui eam habent expellā. Sol sum enim;ait;incorruptibilis & luna iusticiæ;ideoq̧ omnibus approprio;& oēs meis

splendoribus ad salutem irradio: ipse vero sicut fui permaneo: in singulari meæ sanctitatis pulchritudine. Et extēdēs manū tetigit eū. Non sperno legem; sed curo vulnus: non destruo mādatū; sed fugo atq; mūdo leprā. Ideoq; cū extendo manū: mox effugit hęc contaminatio: meæ virtuti proximare; vel resistere meæ potentię non poterit. Dico mundare: & manū ad tangendū extendes; effugit illico lepra. Et inuenta est manus domini non lepram; sed mūdum tetigisse corpus. Consideremus & nos fratres charissimi: vt nullus peccati leprā in sua habeat anima: vt nullus contaminationes delictorum in suo retineat corde. Et si habeat; instanter orans dominū; dicat ad eum. Domine si vis potes me mūdare. Tu illum prius multa delicta cōmittētem mūdasti Naamā: tu alijs innumerabilibus á sæculo peccantibus misertus es: tu ergo si vis; potes mundare. Et dominus mox misericordiæ porrigens manū: dicit; volo mundare. At Iesus ait illi mūdato á lepra: huic qui misertus est: huic credēti domino qui confisus est in virtute eius: huic ergo dixit Iesus. Credisti; sanus es: sperasti mundus factus es. Noli obliuisci qualis fueris; & qualis factus es. Non cesses gratias agere; nō taceas confiteri. Hoc & nos debemus facere charissimi: quando á domino nostro de aliquo periculo libearmur: quando ab aliquo dolere sanamur: siue infirmitatis; siue vulneris; siue de qualibet necessitate. Non efficiamur ingrati: non relinquamus redemptorē nostrum: sed alacriter gratiarum actiones ei reddamus: sed & munera secūdum substantiā nostrā ad honorificandū eum exhibeamus. Hoc enim & illi mandauit dominus. ☞ Vade ait ad sacerdotē & offer munus tuū. Dixit ergo ei Iesus. Vide/ nemini dexeris. ☙ Et quare ô dulcissime domine nūc dicis: nemini dixeris? Propter meam ait humilitatem: propter meam dulcedinem: vt & vos doceamini quādo aliquid boni facitis: non gloriari; non extolli: non inaniter placere velle in conspectu hominum: sicut cōsuetudo est aliquantis: siue cum aliquid boni fecerint: siue cum ieiunauerint/ siue in pauperū eleemosinis & largitatibus; siue in alteris honore: siue in sanctorū honorificentia. Etenim ipse ante homines volunt gloriari & sibi placere; ante dominum mercedem perdentes. Vide / nemini dixeris. Te enim tacente hoc mirabiliter clamabit: te enim os non aperiente / omnis tui cordis substādtia iubilabit. Hesterna die immundus & hodie mundus: ante pusillū horribilis & nūc decor⁹. Vide ergo nemini dixeris: sed vade ostēde te sacerdo

Nō debemꝰ esse ingrati deo.

Textus.

Quare dixit iesus nemini dixeris.

Qui gloriat apud homines, ꝑdet mercedem apud deum.

ti. Ambulantẽ te ad templũ videntes mirabantur: & sacerdos vides expauescet: quoniã secũdum legem ab eo semel vel bis ablutus: & ostendens te ipsi mũdari non potuisti. Vade ergo ostende te sacerdoti & videns cognoscat: quia non per legis cõsuetudidẽ mundatus es: sed per gratiæ operationem: non per terrenorum sacerdotum imaginem: sed per cœlestem summi sacerdotis splendorem. Vade ostende te sacerdoti. Sacerdoti te ostende: á summo sacerdote missus. Sacerdoti te ostẽde: á summo sacerdote dei patris mundatus: sed non videaris in conspectu domini inanis. Non videaris sacerdoti manu vacua ad eum venire: non venies in cõspectu sancti templi infructuosus; sed offeres munus tuum. Ad illum enim tunc hoc dictum nos ammonet omnes: ad illum loquẽs nobis omnibus dicit: vt & nos dona & munera nostra nõ teneamus apud nos/ sed reddamus deo: maxime cũ de aliqua liberamur tribulatione.

Textus. ☞ Offer (inquit) munus tuum. ◿ Quare? Vt omnes qui te vident te portare & offerre: credant his mirabilibus: & magnificent deum qui misertus est tui: & infidelibus per hoc increpatio & testimonium duricie cordis ipsorum fiet. Sic & illum triginta &

Joan. v. a. octo annis iacentem in infirmitate erigens á langore iussit portare grabatum suum/ & ire in domum suam: vt hunc ipsum lectum portatum ab eo per mediam ciuitatem clamasset: saluantem se inuocãdo & laudãdo. Sic & illum cæcum in natatoriam syloe misit:

Joan. ix. a. vt videntes ambulare illuc eundem cæcum; & iterum remeantẽ: mirati & obstupescẽtes/ crederent huic talia miracula faciẽti. Post hæc quæ superius dicta sunt.

Textus. ☞ Cũ introisset Capharnaũ ciuitatem galilææ. ◿ Sic cognominata est capharnaum: in quo dominus sæpius virtutis suæ magnificentiã monstrauit. Ingrediente eo capharnaum. Cur ibi ingressus est? Propter hoc qđ & inuenit: & statim manifestum est. ☞ Accessit ad eum centurio. ◿ Accessit vere: nõ

iiij. re. xviij. dimidius; sed totus. Non aspectu corporis tantũ: sed & animæ plenitudine. Non facie tantum: sed & immaculato corde. Accessit cẽturio alienigena generatione; sed domesticus corde: alienus natione: sed alacer fide. Militũ princeps: sed pius angelorum gaudium. Accessit ad eum Centurio. Increpatio illorum qui quondam ad Heliam in Carmelo ascẽdẽtes quinquagenarij: mox in infidelitate sua igne combusti sunt: & iste in fide mox in sinu deputatus est Abraæ. ◿ Accessit ad eum centurio. rogans eũ & dicens.

Textus. Domine puer meus iacet in domo paralyticus: & male torquetur. ◿ Multi

in illo tempore pro diuersis rogabāt infirmitatibus:alius pro filio: alius pro aliquo alio:sed nullus pro seruo:nisi iste solus:& hoc eiin augmentum beatitudinis ad coronam gloriæ erat. Quid enim cogitabat iste beatus? Quid æstimabat in omnibus bonis plenus centurio? Iste aiebat. Mihi seruus est:& ego seruus creatoris sum. Iste me habet super terram dominum: & ego hunc magnum in cœlis habeo dominum. Si ergo ei non misereor: quomodo mihi ille miserebitur? Si ergo huic non subuenio: quomodo mihi ille subueniet? Sic debent omnes qui famulos habent & famulas cogitare: sic misereri:sic condolere eis:sic supplicare:sic curam habere de seruis suis:vel de ancillis suis,sicut & ille beatus centurio fecit. Puer meus (inquit) iacet in domo. Non in vna re tantum miserabilis q̄ iacet: sed in alia quod paralyticus: tertia q̄ male torquetur. Omnia enim ista dolore congeminauit: & iacentem/& paralyticum/& dure retentum. Ideo vt suæ animæ angustias demōstraret.& dominum commouisset. Quatenus & illius cruciatum demonstraret: & domini beniuolentiam inuitaret. Puer meus iacet in domo. Et huc quare non attulisti eum, sicut illi illum paralyticum in lecto portauerunt? Ideo ait,quia non opus est ostendere illi omnia videnti. Non opus est in cōspectu eius afferre:cuius potentia non terminatur,nec includitur/neq̄ excluditur. Iacet in domo paralyticus & male torquetur. Quid ergo vis, quid cupis, quid desideras? Non multum loquor ait:scio enim quia ad omnia cognoscentem loquor. Non verbosor: scio enim quia ad omnia præscientem respondeo. Ideoq̄ iste cognoscens corda/respondens dicit. ⸢Ego veniam & curabo eum.⸥ Ego ad Abraam veniens; senilem Saræ vterum sanaui: in senectute eis Isaac filium donans:ego & nunc veniens ad te;curabo eum. Et quomodo domine promittis aduentum tuum huic? Nec petit;nec quærit,sciens q̄ non acceptabile scit ei; vt veniēs in domū eius: ꝑpter quid omnino hoc profers? Ob hoc vt & vos præualeatis; & eius fidei similetis; vel cognoscatis quid sit iste: vel qualis in eo fidei thesaurus habetur occultus. Iam enim & primitus Abraam tentaui: nō pro hoc; vt cognoscerem quem ante sciebam, sed vt vos ei similes in omni tentatione; & fortissimi inueniamini. Et Iob probaui. Non propter hoc probaui;quē iuste testificatus sum:sed vt vobis spem & fiduciam vel confidentiam demonstrarem. Ideo & huic dico: Ego veniam & curabo eum;vt & ipse magnam suam fidē profe

[Margin notes: D misereri debent seruorum. — Matth. ix. a. — Textus. Gen. xxj. a. — Gen. xxij. a. — Iob.j.c.]

rens dicat. Domine terruisti me de hoc promisso: conturbasti me de hoc dicto, interfecisti fortitudinem animæ meæ in hoc verbo. Non sum dignus aspectu: non sum dignus appropinquatione: non sum dignus accessu vel introitu tuo.

Textus. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Moyses primitus ille magnus & tuus confabulator: ille mirabilis narrator operum tuorum: ille fidelis in tota domo tua; nimium se humiliaui: dicens. Non sum dignus ante hesternum & tertium diem. Quãto magis ego dicã Domine non sum dignus; vt sub tectum meum intres. Alienigena sum/gentilis sum; miles sum gladio accintus; sanguinem fundens; ad prælium exiens: ideoq; non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantũ dic verbo: sed tantum veni verbo. Verbũ tuum aspectus tuus est; verbũ tuum opus consummatũ est. Ideo q; dic verbo: ostende absens corpore; quod præsens spiritu cõsummare potẽs es. Vbiq; indificiẽs tua præsentia: vbiq; præsene tuus aspectus. Idcirco ego accessu & introitu tuo indignus sum: & iste infirmus verbi tui visitatione indiget: & ideo dic verbo & sanabitur puer meus. Sed & hoc nullum nostrum pertranseat sicut pusillum aliquid: quod dixit ille beatus: nõ sum dignus vt sub tectum meum intres. Intrat & nũc dominus sub tectum credentium duplici figura vel more. Nnnc enim quãdo sacri vel religiosi & deo acceptabiles ecclesiarum antistites sub tectum meum intrat: tunc ibidem dominus per eos ingreditur: & tu sic æstimes tanq; dominum suscipiens. Et aliud quando sanctum sumis cibum: quando illud incorruptum accipis epulum: quando vitæ pane & poculo frueris: quãdo manducas & bibis carnem & sanguinem domini: tunc dominus sub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humiliãs temetipsum; imitare hunc centurionem; & dicito. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Vbi enim indigne ingreditur; ibi ad iudicium ingreditur illi accipienti. Sed adhuc quid adiecit ille beatus in sequentibus.

Deus intrat sub tectũ credentium duplici figura.

Textus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus; & habeo sub me milites: & dico huic vade; & vadit: & alio veni & venit: & seruo meo fac hoc: & facit. O prudẽtia ô intellectus animæ: ô munditia cordis. Prior omnium manifeste charitatis confessionem reuelauit: & noui testamenti mysterium declarauit: & ecclesię in sese monstrauit imaginem: primitięq; ex gentibus domino credentiũ factus est. Ego ait: homo sum sub potestate regis vel principis indignus: ego habeo sub potestate mea

milites & seruos: & tu habes sub potestate tua angelos sicut milites & oẽs sanctos seruos. Ego mando vnicuiq; & facit scd̃m præceptum meũ: & tu mandas quod & statim cõpletur. Quod enim mãdas & dicis/fit. Mandas/& sine mora perficitur. Omnis enim creatura seruit tibi: & ideo dic verbo & perficietur velociter: & sanabitur puer meus. O fides viri; o religiositas militis: quãto te magnificemus; o dulcissime amice veritatis? Te ammiratur dominus; & tuam indeficientem magnificat fidem. Quomodo de tenebris gentium tantũ lumen processit? Quomodo de errore eorum deum non cognoscentium tãta manifesta iusticia? Quomodo ex ore stultorum idolis seruientium tam limpida effulsit fides. Audiens ergo dñs ammirabatur eum. Et quid deus vnigenitus miratur; quantum sit & quale: & q̃ inenarrabile & inestimabile? Percipe sensu o charissime q; deo nihil est mirabile: nec aurũ: nec diuitiæ: nec regna: nec principatus. Ista omnia sunt in conspectu eius tanq̃ vmbra; & sicut nihil: sicut flos decidens. Nihil ergo in conspectu dei mirabile est: nihil magnũ: nihil preciosum; nisi tantum vna fides. Hanc miratur; hanc honorificat; hanc acceptabilem sibi æstimat. Ideoq; conuertens se ad sequentes turbas dixit. Amen dico vobis; hoc est: vere dico vobis; non inueni tantam fidem in israel. Non in illo priore israel beato Iacob; tantam abnegat se dñs fidẽ inuenisse: ille enim non tantum credidit dñm: sed & prophetauit de eo: & apertius eius iusticiam demonstrauit: & manifestum in carne aduentum eius prolocutus est. Nisi enim credidisset ei; quomodo de eodem prophetasset? Sic & hi qui de israel processerũt. Israel etenim & ipsi nominati sunt prophetæ & iusti: Dauid/Esaias/& Hieremias. Hi oẽs clare & manifeste eius aduẽtum prænũciauerũt. Oẽs nãq; hi habuerũt fidẽ: habebãt etiã & prophetiã; Et iste beatus centurio fidem habuit: sed prophetiã nõ habuit: ideoq; dñs ammirans magnificat fidem eius super illũ qui tunc fuit israel: hoc est: super oẽs qui tũc fuerũt tribus israel: & nõ sup eos qui postea pphetæ & iusti inuẽti sunt in israel. Amẽ dico vobis; nec in israel tãtã fidẽ inueni: sicut in gẽtibus: sicut in barbaris: sicut in alienigenis. Gentes filiũ dei inuocant: omnipotentẽ vnigenitũ cõfitẽtur: dñm asserunt & sicut dñm diligunt; & sicut bene oĩa dispẽsantẽ adorãt: & israel me non cognouit: & populus meus hic me nõ intellexit: ideoq; beelzebub & samaritanum appellant: & peccatorẽ estimãt. Iairus israel princeps pro filia sua me

Nihil in conspectu dei mirabile præter fidem.

Textus.

petens;non dixit:dic verbo/sed veni(ait)velociter:anteq̃ moriatur
Joan. iiij. b. filia mea. Nicodemus doctor israel de fidei sacramēto audiens:ait.
Joan. xj. c. Quomodo potest hoc fieri? Maria & martha me nimium diligētes dicunt. Domine si fuisses hic;non esset mortuus frater meus: tanq̃ dubitantes;q̃ vbiq̃ non velox sit adesse mea potētia. Ideoq̃ non inueni tantam fidem in israel ; sicut in isto alienigena. ¶ Dico autem vobis:q̃ multi ab Oriente & Occidente venient;& recumbent cum Abraam;Isaac:& Iacob in regno cęlorum. Dico vobis testor vobis;annuncio vobis ; prædico vobis;q̃ multi venient de quibus iam propheta locutus est:dicens. Et venient gentes mul-
Esa. ij. a. tæ & dicent. Venite ascendamus in montem domini: & in domū dei iacob ingrediamur:& ostēdet nobis vias suas: & ambulemus
Joan. x. c. in eis. Multi venient de quibus ait dominus. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili: & illas adducam:& erit vnus grex;& vnus pastor. Multi venient/ de quibus dictum est; vt filij dei qui dispersi sunt;congregantur in vnum. Isti ergo omēs venient. Vnde venient? Ab Oriente & Occidēte:hoc est:ex omni gente quæ sub cœlo est ab Oriente vsq̃ ad Occidentem. Sicut enim per omnes gentes debet hoc euangelium prædicari:sic ex omnibus gentibus venturi sunt ad regnum cœlorum. Vel adhuc ab Oriēte hi qui statim illuminati transeunt; & ab occidente hi qui passiones & persecutiones vsq̃ ad mortem tolerarunt pro fide. Multi ergo
Matt. xx. b. venient. Et quomodo alibi dicis ô dulcissime domine. Multi vo-
Omnis trib⁹ hoīm vocati sunt sed pauci electi⁹ cati/pauci vero electi? Multi ait vocati. Omnes enim tribus hominum ab initio sæculi vocati sunt;& pauci electi de multitudine. Simul vero venientes & simul congregati in tempore visitationis multi inuenientur;nimiumq̃ innumerabiles. Multi enim veniēt ab Oriente & Occidente & recumbent non carnaliter iacentes; sed spiritualiter requiescentes. nō temporaliter potātes:sed æter-
Regnum dei varia dilectione complerum est. ne epulantes;recumbentes in regno dei:vbi lux est & spes;vbi lęticia & exultatio:vbi est gloria & benedictio. vbi lux oculorum & longeuitas vitæ æternæ:vbi omēs iocūdantur: vbi omēs gaudent:vbi patres illi beati recumbūt:vbi omnes prophetæ requiescunt:vbi apostoli & euangelistæ super gloriosos sedent thronos; vbi multitudo martyrum in æterna gloria gloriātur :vbi copiositas virginū in sæculo exultat:portās coronā immaculatæ virginitatis. O dulcissimi fratres:vnanimis conuentio:hilaris congregatio;fulgens cōiūctio. Ista est sæculo bene prædicata & annūciata:

ista est exultatio: ista est ab initio narrata requies. In istam festinauerunt omnes dñm diligentes: ad istam colliguntur omnes & gẽtibus dño credentes, religiositatẽ seruãtes. In eam & nos oẽs pergamus o religiosi fili dei: ad istã omni virtute nostra festinemus. Nihil nos reuocet: nihil nos retardet: nihil nos impeditat ad hoc desiderabile properare conuiuium. Omnẽ negligentiam a nobis pellamus: omnemq́ desidiam ab animo & corporis impedimenta a nobis proijciamus: vt huius beatitudinis & requieri domestici efficiamur: quatenus sanctæ huius (vt dictum est) epulatiõis digni inueniamur. Vade sicut credidisti fiat tibi. Sic fiet vere vnicuiq́ homini, sicut crediderit: scdm mẽsuram fidei metietur ei: & ista a dño gratia. Ideoq́ dixit ad illũ dominus. Sicut credidisti fiat tibi. Credidisti: quia omnia possum: credidisti: quia ego sum dominus omnium: sicut credidisti, ita & fiat tibi. Credamus & nos fratres charissimi Iesum christũ deum ac dñm nostrum omnia posse vbiq́ præsentem esse: remissionem nobis cũctorum peccatorum eius indulgentia (si tamen eius præcepta seruemus) largiri: vt & vnusquisq́ nostrum cum centurione isto audire mereatur. Vade & sicut credidisti fiat tibi. Adiuuãte ipso domino nostro iesu christo; qui cum deo patre in vnitate spiritussancti viuit & regnat in secula sæculorum. Amen.

Relectis impedimẽtis ad regnum celorum properandum est.

Textus.

¶ Segmentum ex euãgelio Matthæi. cap. viij. C. quod canitur dñi quarta post octa. epiphaniæ. Historia huius euangelij facta est anno christi. xxxiij. Calen. augusti. fer. v.



ET ascendente eo in nauiculam: secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat: & accesserũt ad eum discipuli eius: & suscitauerũt eum dicẽtes. Dñe salua nos: perimus. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis pusillæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est transquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic: quia venti & mare obediunt ei? Et reliqua.

Homilia Origenis.

INgrediente domino in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: nõ imbecilles, sed firmi & stabiles in fide, mãsueti & pij, spernentes mundum: non duplici corde: sed simplici. Hi ergo secuti sunt eum: non tantum gressus eius sequentes: sed magis san-

Quales erãt discipuli domini.

Textus. ctitatem comitantes: & iusticiā eius consectantes. Et ecce tempestas magna facta est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus.) Cum enim multa magna & miranda ostendisset in terra: transijt ad mare; vt & ibidem adhuc exellentiora opera demonstraret: quatenus terræ: marisq; dominum se esse cunctis ostenderet. Ingressus ergo nauiculam fecit turbare mare: commouit ventos: cōcitauit fluctus. Cur hoc? Ideo vt discipulos mitteret in timorem: & suum auxilium postularent: suam quoq; potētiam rogātibus manifestaret. Illa tempestas non ex sese oborta est: sed potestati paruit imperantis eius: qui educit ventos de thesauris suis: qui terminum maris arenam cōstituit. Dixit enim ei. Vsq; huc venies & non supergredieris: sed in temetipso cōfringentur fluctus tui. Huius ergo iussione & præcepto orta est tēpestas in mari propter occasiones superius memoratas. Facta est tempestas magna & non pusilla; vt magnum opus & non pusillū ostēderetur. Et quātoq; fluctus nauiculæ irruebant: tanto magis timor discipulos conturbabat: vt plus magis desiderarent ad liberandum se per mirabilia saluatoris. Dominus vero dormiebat. O res mirabilis & stupēda; is qui nunq̄ obdormit, dormit; is qui cœlum & terram gubernat, dormit: is qui nunq̄ dormit neq; dormitat; ipse dormire dicitur. Dormiebat quidem corpore: sed vigilabat deitate: dormiebat corpore: sed conturbabat mare: erigebatq; fluctus: & apostolos conterrebat: suam ostensurus potentiā. Dormiebat corpore: sicuti & ad puteum de itinere lassus vel fatigatus sedebat: demonstrans quia vere humanum corpus portabat; qđ corruptibile induerat. Ipso corpore dormiebat: deitate vero concitabat mare & iterū cōplacabat. Ddormiebat: itaq; corpore: vt apostolos suscitaret & vigilare faceret: præcipue autē nos oēs: ne vnq̄ animo dormiamus: ne vel intellectu vel prudentia dormitare: sed vigilare omni tēpore; & iubilare dño: & salutē ab eo postulare studeamus. Nam ipse qui dormiebat corpore: illud verbū sanctum dicit. Ego dormio & cor meū vigilat: ad quem accedētes discipuli: suscitauerūt eum; dicentes. Domine salua nos: perimus. Tanto fuerunt metu conterriti & pene animo alienati: vt irruerent in eum: & nō modeste aut leniter suggererent: sed turbulentet suscitarēt eū: dicentes. Domine salua nos: perimus. O beati: o veraces dei discipuli: dominū saluatorem vobiscum habetis. & periculum timetis? Vita vobiscum est: & de morte solliciti estis? Maris turbinē timē-

Margin notes: Psal. cxxxij — Job. xxxviij. b. — Textus. — Psal. cxx. — Joan. iiij. a. — Cant. v. a. — Textus. — Jose. x. v. d.



tes: creatorem eius præsentem suscitatis: quasi non possit dormiẽte corpore fluctus sedare vel mitigare? Sed quid respondeãt hi dilectissimi discipuli? Paruuli: inquiũt; sumus: adhuc infirmi: & nõdum robusti: ideoq; timemus: ideoq; trepidamus: necdum vidimus crucem domini: necdum nos confirmauit passio domini & resurrectio: non ascensio in excelsis: non missio vel descensio spiritus sancti paracleti: ꝑpterea fragilitate mutamur: propterea & sæpe audiuimus á domino increpationem pusillæ fidei. Supportamus: toleramus libenter: voluntarie sustinemus. Vnde & nunc dicit dominus. ☞ Quare conturbati estis pusillæ fidei? ◿ Cur non habetis fortitudinem? Cur non confidentiam & fiduciam apud vos tenetis? Et si mors irrueret: nonne eam debuistis constantissime sustinere? Ad omẽ enim quicquid euenerit: fortitudo necessaria est. Ad omne enim periculum vel tribulationem vsq; ad animæ exitum: similiter & contra delicias & diuitias & honores terrenos: animi fortitudo tenenda est: vt neq; extollaris ô homo: neq; in superbiam erigaris. Non despicias inimicos: neq; humiles spernas: neq; obliuiscaris dominum: neq; derelinquas creatorem neq; existas ingratus. Si ergo in necessitate & in periculis fortitudo necessaria est: vt viriliter cum fide tolleres vniuersa: multo magis contra delicias (vt dictum est) & luxurias: fortitudo necessaria est: ne in muscipulam incidas diaboli. Quare ergo turbati estis pusillę fidei? Si deum me vere esse creatorem omnium suscepistis: quare non creditis; ꝙ ea quæ á me facta sunt: in mea habeo potestate? Quare ergo dubitatis pusillæ fidei? Qui pusillum credit arguetur: & qui nihil credit contemnetur: fragiles in fide corripiẽtur: alieni omnino á fide punientur. Tales fuerunt iudæi & pagani: ideoq; á malis suis euanuerunt. Tales etiam hæretici: ideoq; in die iudicij condemnabuntur. ☞ Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. ☞ Scriptum fuit: Et exurgens tanq; dormiens dominus: tanq; potens crapulatus á vino: & percussit inimicos suos in posteriora. Et tunc surgens: imperat ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Imperauit ventis & mari: sicut creator: sicut suis, vt potens: vt dominus imperat ventis & mari: primitus ante discipulos vt audientes firmarentur in fide. Et potentia deitatis occulta: imperabat & comminabatur eis. Magis autem regebat & placebat illud: secũdum ꝙ quidam ait. Potentia mitigauit mare. Imperauit ventis & ma-

Quare præsente dño discipuli timebãt tẽpestatẽ maris.

Luce. viij. d.
Textus.

fortitudo ad omẽ quicq̃d euenerit necessaria est.

Muscipula diaboli fiera sunt.

Textus.
Psal. lxxvij.

ri: & facta est tranquillitas magna. De magno vento & tempesta te magna mari cõturbato & tumẽti; facta est trãquillitas magna. Docet enim hunc magnũ; magna & miranda facere. Ideoq; pau loante magna accinctus potentia; magnifice conturbauit profun dum maris: & nunc iterum in eo ipso ostedẽs suæ magnificẽtiam potestatis: trãquillitatẽ magnam fieri iussit. Hæc ideo: vt nimium cõturbati apostoli; magnifice exhilarati lætarent. Dedit enim per hæc omnia nobis dñs figuram & doctrinæ imaginẽ: vt & nos in omni conturbatione & contumelia patiẽtiam teneamus: stabiles simus; fidem nõ deseramus: Et si omnis iste mũdus tãq; mare ebu liat; atq; in furore cõsurgat: Et si omnes venti & vertigines dæmo num vndiq; sæuiãt: Et si omnis (vt superius diximus:) tempestas maris: idest omnis principatus & potestates mũdi cõcitẽtur: & in tumore iracũdiæ spumẽt vt furiãt super sanctos: Et si ad huc vsq; ad cœlos sese extollãt: vt tẽpestates maris malignãtes; ac dolos & fremitus concitantes aduersus aliquẽ vestrũ: nolite turbari: nolite contremiscere; nolite deficere. Omnes enim quotquot in fidei na uicula cũ dño nauigatis: omnes quotquot in hac nimirum sanctæ ecclesiæ nauicula cũ domino per hunc vndosum supernatatis mũ dum. Et si ipse dñs dormiat; pio somno nostrã patientiã & tollerẽ tiam expectans; vel impiorũ pœnitentiã & cõuersionẽ sustinẽs: alacriter accedite ad eum; orationibus instantes: atq; cũ propheta dicẽtes. Exurge quare obdormis dñe: exurge & ne repellas nos in finem. Et iterum. Exurge dñe adiuua nos: & redime nos ppter nomen tuũ. Et ipse surgẽs imperabat ventis: idest aëris dæmonũ spiritibus. Ipsi enim maris tempestates cõmouẽt: hoc est: amaros & elatos concitãt fluctus: idest: principes mundi ad persecutionẽ sanctis omnibus immittendã: ad cõtumelias fidelibus ingerẽdas. Omnibus dñs imperat: omnibus comminatur/ omnia mitigat/ facitq; trãquillitatẽ magnam circa corpus & spiritũ/ pacẽ ecclesiæ & serenitatem mundo. Quomodo nãq; sæpius concilia infideliũ cõmota sunt aduersus veram & firmã ecclesiã? Aliquotiẽs paga norũ: aliquotiens hæreticorũ. Quemadmodũ sæpius sicut maris fluctus irruebant/ cõminantes & cõterẽtes huius principes mun di: per omnia perdere se ecclesię filios arbitrantes. Sed surgẽs dñs increpauit dæmonũ vẽtos: & omnes euanescere fecit audaces ad uersarios fidei: magnãq; pacẽ & tranquillitatẽ dedit ecclesiæ suæ. ¶ Homines autẽ illi in nauicula mirati sunt. ◿ Qui hoĩes? Scilicet

In tribulatio nibus cõstan tes debemus esse.

Psal. xliij.

Ibidem.

Ecclesia infi delliũ cõtra ec clesiã sepius exorta sunt: sz statim eua nuerunt.

Textus.

hanc habentes nauiculam: aut ei intendentes nauiculæ. Nõ putes hic per homines; apostolos significatos. Nusq̃ enim inuenimus præter honorem cognominari domini discipulos: sed semper aut apostoli aut discipuli nominantur. Mirabãtur illi homines: hi qui cũ eo nauigabãt: hi quorũ erat nauicula: hi qui in ea nauicula sese transigebãt; hi mirabãtur. Et admiratione dignũ fuit mare a profundo commotũ mitigari: eiusq; elatos deplacari fluctus: vẽtos furentes cõpesci. Mirabãtur ergo dicẽtes. Qualis est iste: quia vẽti & mare obediũt ei. Non interrogãtes dicunt: qualis est iste: sed asserẽtes; q̃ hic talis est cui mare & venti obediũt. Qualis est iste: hoc est quãtus; q̃ fortis; q̃ potẽs; q̃ magnus. Qualis est iste; maior Moysen; potẽtior Helia. Illi enim ambo / ex quibus vnus ligno mare pcusso / cũ labore discidit: alius ictu melotæ iordanẽ pertrãsijt. Iste vero vno verbo mandat illis qui nõ habẽt verba / & obediũt ei: hi qui nõ habẽt auditũ optẽperãt: hi q prudentiæ & intellectus expertes sunt: inclinant iubẽti: quibus neq; loquela / neq; (vt dixi sermo est) obediũt. In eadẽ enim substãtia in qua sunt: & sua natura mouẽtur; & iussioni deseruiũt: ad cõfusionem mortaliũ; ad condemnationẽ corruptibiliũ. Iubet mari & nõ contẽnit. dicit ventis & tẽpestatibus; & mox cõpescuntur: iubet omi creaturę; & nõ supergredit iussionẽ eius. Et vnũ hominũ genus: & vnũ quod secundũ similitudinẽ dei honorificatũ est: cui verbũ & prudentia data est: hi soli homines resistũt: hi tantũ inobediẽtes sunt: hi soli contẽnunt. Ideoq; & hi soli in iudicio dãnabuntur: & á iusticia punientur; veluti deteriores mutis animalibus: vel his quæ sine spiritu & anima sunt in hoc mundo. Mirabantur ergo illi: qa mare cõpescuit; & vẽti mitigati sunt. Admiremur & nos quãdo & benignitates: & beniuolẽtias ostẽdit circa nos dñs: qñ nos de periculis saluare dignatur; quãdo de tumultibus & tribulationibus multis nos liberat: quãdo ab inimicis insequẽtibus eruit nos. Miremur & mirãtes gratias agamus: & gratiæ obaudiamus: obaudientes timeamus: timentes diligamus: vt æternę charitatis ab eodẽ hęredes efficiamur. Mirabãtur dicẽtes. Qualis est iste? Qui sicut homo videtur: & sicut deus potentiã ostendit. Sicut vnus carnalium putatur esse: & super omnia carnalia / magna ostendit mirabilia. Dormit sicut homo: & imperat mari & ventis sicut deus. In nauicula sedet: & omnẽ creaturã iussiõe ĩclinat vbi vult Iesus xp̃s dñs noster: q cũ patre & spũ sancto viuit & regnat in scl'a scloꝝ. Amẽ.

Apl'i nunq̃ preter honorem cognominati sunt.

Textus.

Exodi.xiiij. iiij.reg.ij.b.

Homilia Augustini.

¶ Segmentum ex euangelio Matthęi capite. xiij. littera: c. quod canitur dñica. iiij. post octauas epiphanię. Historia huius euãgelij facta est in mẽse aprili; anno xp̃i. xxxiij.



Imile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines: venit inimicus eius: & superseminauit zizaniam in medio tritici: & abijt. Cum autem creuisset herba & fructum fecisset: tunc apparuerut & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias: dixerunt ei. Domine: nonne bonum semen seminasti in agro tuo: vnde ergo zizinia habet? Et ait ad illos. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus & coligimus ea? Et ait. Non. ne forte colligentes zizania erradicetis simul & triticum. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: & in tẽpore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania: & alligate ea in faciculos ad conburendum; triticum autem cõgregate in horreũ meũ. Et reliqua.

Serui antes d. &c. vsq; ad erradicetis si mul trit. grece inquit lau rentius est. Serui aũt di xerunt ei: vis igitur profe cti colligam? Hic autẽ ait nõ. neq̃ colligentes ziza nia. &c.

Homilia beati Augustini episcopi.

VT negligentius agerẽt præpositi ecclesiæ: aut dormitationẽ mortis acciperent apostoli; venit diabolus & superseminauit eos; quos malos filios dñs interpretatẽ. Possunt etenim dici filij mali etiam hęretici: quia ex eodem euangelij semine: & christi nomine procreati: prauis opinionibus ad falsa dogmata conuertuntur. Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos: quasi videntur illi significari: qui vnius cõmunionis sunt. Verũtamẽ q dñs agrũ illũ nõ ecclesiã: sed hũc mũdũ interpretatus est. Bene intelligũtur hæretici. qa nõ societate vnius ecclesiæ; vel vnius fidei: sed societate solius nominis christiani in hoc mũdo permiscent bonis. Vt illi qui in eadẽ fide mali sunt: paleis potius: q̃ zizanijs deputẽtur: quia palea etiam fundamẽtũ habet cum frumento: radicemq; cõmunem: In illa plane sagena qua concludũtur: & boni & mali pisces: nõ absurde mali catholici intelligũtur. Aliud est enim mare quod magis istum mundum significat. Aliud sagena: quæ vnius fidei; vel vnius ecclesiæ cõmunionem videtur ostendere Inter hęreticos & malos catholicos; hoc interest: quod heretici falso credũt illi autẽ falso non credentes: non viuunt ita vt credũt. Solet autem queri Schismatici qui ab hæreticis distant: cũ schismaticos non fides diuersa faciat: sed communionis dirupta societas; vtrum inter

Filij mali he retici dicũtur

Matt. xiij. f.

Differentia inter hereti cos & malos catholicos.



zizania numerandi sint. Magis enim videntur spicis corruptis;
esse similiores. Sicut scriptum est. Vento autem corrūpetur filius — Is.ad.test.iso
iniqtatis. Vel paleis aristarū fractis vel scissis: & de segete areptis.
Quo em̄ altiores. idest superbiores. eo fragiliores; leuioresq; sunt. — Hereticus non
Nec tamen consequēs est, vt om̄is hæreticus; aut schismaticus ab — est separādus
ecclesia corporaliter separetur. Si enim falsa de deo credit: vel de — ab eccl'a corporaliter.
aliqua parte doctrinæ: quæ ad fidei pertinet ædificationē ita vt nō
quærens cunctationem temperatus sit; sed inconcusse credēs: nec
omnino sciens: opinione atq; errore discordans: heræticus vero
est: & foris est animo; quāuis corporaliter intus esse videat̄. Mul-
tos enim tales portat ecclesia: quia ita non defendunt falsitatē sen-
tētiæ suæ: vt intentā multitudinē faciāt. quod si fecerint: tūc pellū-
tur. Regnum cœlorum peruersas sacræ scripturæ paginas/multi — Regnum celorum/multifarie sentitur.
farie sentitur: aliquādo anima sancta: nōnunq; agiographa: inter
dum filius hominis: cuius exemplaria assiduo lectori volumina
perscrutāti nō ignobiliter patent. Ad hæc prout cepimus regnū
cœleste non simpliciter intelligitur. vt sat euidenter liquet: cū hoc
dei filius per speciem hominis frumento agrum serentis; cui illud
comparatur/alias anima iusti figuretur. Vt est illud. Cœlum mihi — Esa.lx.vj.a.
sedes est. Bene vt dictum est: per satorem tritici qui in luce perui-
gil laborat: deus qui vera lux est animaduertitur. Ipso dicente:
Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: — Joan.viij.b.
sed habebit lumen vitæ. Vigilare proprium est diei: & in bonam
partē accipitur. Dormire noctis: & ad sinistrā pertinet. Et cōgrue — Vigilare et dormire.
vigilare diei est: sub quo dies diei, idest Christus; typice figuratur.
Cuius psalmista meminit dicens. Dies diei eructat verbū. Quem
rursus vociferans vigilantem indicat/dicens. Non dormitabit — Psal.xviij. Psal.cxx.
neq; dormiet: qui custodit israel. Cuius diei vestigia vigilantes:
idest in bonis operibus vacantes. Charissimi sectari pro viribus
studeamus: vigilantes Christo deo nos aduocante inueniamur
Sicut euangelista ait. Beati serui illi; quos cum venerit dominus: — Luce.xij.e.
inuenerit vigilantes. Econtrario zizaniorum sator leuiathan: qui
inimicus dei & hominum necessario intelligendus est; qui omni-
bus dormientibus nocte veniens: lolium tritico superseminauit/ — Semen: lolium: ager quid designāt.
& abijt. Semen tritici filios dei figurat. Lolium vero filios iniqui-
tatis. Ager autem mundum. Quid est enim intempestiuo no-
ctis dormientibus mortalibus inimicum venire: zizaniam in a-
gro disseminare; nisi antiquum serpentē humanis generis insidia

Diabolus nox noctis dicitur. torem: qui nox noctis dicitur homines circuire. Qua hora sanctę matris ecclesiæ prelatos vel quosq; corde rectos dormiētes: idest: negligētes vel illicita cogitatiōe hebetatos inueniret: seu quia phātastica machinatione minus armotos animos latenter surripiat: & ad incentiua vana carnis præcipitet. & cū lolij nigredine tritici. can dorem perfuscet: idest per mēbra sua simplicitatem iustorū discin dere tentet. qualiter eos á veritate: quæ est deus: recedere faciat. Ager in quo zizanium cum tritico creuit: mystice mūdi globus / (vt diximus) accipit: in quo diuersa genera hæticorū, seu cęterorū peruersorū: cū bonis inhabitāt. qui obstinata pertinacia errorris; ac nefando dogmate hæresum ecclesiam catholicā dilacerare

Rectores ecclesiæ ad quid cōstituti sūt. præsumūt: & seducere cōtendūt. Contra quos nimirū multiplices ecclesiæ rectores constituti sunt: qui statum ipsius ecclesiastico iure ordinent atq; defendant. & arrianis: sabellianis: acephalis: cæterisq; prauis obiectoribus: normę veritatis resistāt. Adhuc de satoribus: idest xpo; & aduersario eius: restat quidem qđ logice intelligat qui inquantū diuersi: in tantū diuersa seminarāt. Quorum vterq; vsq; hodie semē ppriū spargere non cessant. Hic charitatē: ille discordiā. Iste obediētiam: ille inobedientiā. Iste humilitatem; ille superbiam. Per quam quidem om͞e humanū genus in morte

Omne peccatum ex superbia est. Eccli.x.b. Gene.ij.b. iacebat: nisi christus erigeret. Omne enim peccatū (vt sacræ paginę tradunt) ex superbia est: quæ totius mali radix penitus cōprobatur. Primum nanq; christus in pthoplausto: idest primo parente Adam omnē pulchritudinē æternitatis; omneq; delectamētū sapiētiæ infixerat. vnde teterrimus draco arbiter inuidiæ emarcuerat: deceptionis elationisq; schemate sparso adeo supradictum

Gene.iij.a. parētem verbis suis superbire fecerat: vt credulū velut deum fieri ex gusto pomi effecerat: vt superbia qua ipse corruerat: primū hominem trāgressorē in cōditoris præcepti sibi fraudulenter persuadendo compelleret. Cum autem creuisset herba & fructū fecisset apparuerunt & zizania. Sunt quidē nōnulli intra sanctā ecclesiā degentes habitu scilicet forinsecus quasi digni: intrinsecus autem omni dolo & malicia cordis occulta pessimi; quorum iniquitas à praua scintilla primitus inchoans; & in modum edacis ignis; cui strues lignorum large supponitur; in dies ampliantur. quæ ad tempus latens nō ilico propalatur: sed quādo crescendo ad maturitatē messis peruenerit: suscindēda manifestabitur. Et tunc ipse arbores ex fructu qui iniquitas & peccatum est: facili erectione cognoscū-

tur. Ipsa veritate dicente. A fructibus eorum cognoscetis eos. Hi profecto hypocrite dicuntur: & grauiter: & alienam culpam acriter increpant: & grauiter dijudicant: propria autem quãuis flagitiosissima vilipendũt: & scelus quasi nõ scelus in semetipsis conspiciunt. Hi ergo dominica voce redarguuntur: dicente. Hypocrita: eijce primum trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

Matt. vij. c.
Luce. vj. f.
Hypocritarum mos.
Matt. vij. a
Luce. vj. f.

¶ Segmentum ex euangelio Lucæ. capite. d. quod canitur dñica. iiij. post octauas epiphaniæ. Historia huius euangelij facta est anno christi. xxxi. idus decembris. fer. iiij.



EXultauit Iesus in spũ sancto: & dixit. Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ; quia abscõdisti hęc a sapiẽtibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniã sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater: & quis sit pater nisi filius: & cui voluerit filius reuelare: Et conuersus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui vident quę vos videtis; dico enim vobis ꝙ multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis: & non viderunt: & audire quæ auditis: & non audierunt. Et reliqua.

Laurẽtius ex forma greca sic legit. Cõfi. t. p. c. & ter. ꝙ abscõdisti hæc a sapientibus et intelligentibus: & reuelasti ipsa paruulis. Certe pater ꝙ sic fuit bona voluntas cõspectu tuo.
Matt. xj. d.

Homilia beati Augustini episcopi ex libro de verbis dñi.

SAnctum euangelium cum legeretur fratres: audiuimus dñm Iesum exultasse in spiritu; & dixisse. Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ; quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Hucusq; interim verba dñi Si digni: si deligenter: si qđ primum est pie cõsideremus: inueniemus primitus; non semper cum in scripturis legimus confessionem: debere nos intelligere vocem peccatoris. Maxime autem hoc dicendũ fuit: & hinc ammonenda charitas vestra: quia mox vt hoc verbum sonuit vox lectoris: secutus est etiam sonus tunsionis pectoris vestri audito scilicet quod dñs ait. Confiteor tibi pater. In hoc ipso quod sonuit confiteor/pectora tutudistis. Tundere autem pectus quid est: nisi arguere quod latet in pectore: & euidenti pulsu occultũ castigare peccatum? Quare hoc fecistis: nisi quia audistis. Cõfiteor tibi pater? Confiteor audistis: quid cõfitetur non attẽdistis. Nunc ergo aduertite. Si cõfiteor xp̃s prædixit a quo longe est om̃e peccatum: non solius est cõfiteri peccatoris. sed etiam aliquãdo laudatoris. Confitemur ergo siue laudãtes deũ; siue accusantes nosmet.

Non sẽp per cõfessionem intelligitur vox peccatoris.
Tũdere pectus qđ est.
Confiteri nõ solius est peccatoris.

ipsos. Pia est vtraq; confessio: siue cum te repræhendis qui non es sine peccato; siue cum illum laudas qui non potest habere peccatum. Si autẽ bene cogitemus: reprehẽsio tua laus ipsius est; Quare cm̃ iam cõfiteris in accusatione peccati; in accusatione tui ipsius.
Eccl. xvij. d. Quare cõfiteris? Quia ex mortuo factus es viuus. Scriptura quippe ait. A mortuo quasi qui nõ sit perit cõfessio. Si perit a mortuo confessio: qui confitetur viuit. Et si peccatum confitetur: vtiq; a morte reuixit. Si peccati confessor reuixit a morte: quis illum suscitauit? Nullus mortuus est sui ipsius suscitator. Ille solus se potuit suscitare: qui mortua carne non mortuus est. Et enim hoc suscitauit: quod mortuum fuit. Ille suscitabat: qui viuebat in se. In carne autẽ suscitanda mortuus fuerat. Non enim pater filium solus suscitauit. De quo dictũ est ab Apostolo. Propter quod deus eum exaltauit. Sed etiam dominus seipsum, idest corpus suum suscitauit. Vnde dicit. Soluite templum hoc; & in triduo suscitabo illud. Mortuus est autem peccator: maxime ille quẽ moles cõsuetudinis premit: quasi sepultus lazarus. Parum em̃ erat quia mortuus; etiam sepultus. Quisquis igitur malæ consuetudinis; malę vitæ; scilicet terrenarum cupiditatum mole premitur: ita vt in illo iam factũ sit: sicut in quodam psalmo mirabibiliter dicitur. Dixit stultus in corde suo, non est deus. Fit talis de quali dictũ est. A mortuo velut qui non sit: petit cõfessio. Quis eum suscitauit; nisi qui remoto lapide clamauit dicens. Lazare prodi foras. Quid est aũt foras prodire: nisi quod occultũ erat: foras ꝓdire? Qui cõfitetur: foras prodit. Foris aũt prodire non posset/nisi viueret. viuere nõ posset: nisi resuscitatus esset. Ergo in confessione sui accusatio/dei laudatio est. Dicit ergo aliquis. Quid enim ꝓdest ecclesia si iam confessor voce dominica resuscitatus prodit? Quid prodest ecclesiæ cõfiteri? cui dominus ait. Quæ solueritis in terra: soluta erunt in cœlo? Ipsum lazarum attende: cum vinculis prodijt. Iam viuebat confitendo: sed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergo fecit ecclesia: cui dictum est. Quę solueritis in terra soluta erunt: nisi quod dominus ait cõtinuo ad discipulos. Soluite illum & sinite abire. Siue ergo nos accusemus: siue deũ laudemus: semper illi gratias agere studeamus: á quo gratia gratis datur/cui cũ q; datur. Bis ergo deum laudamus: si pie nos accusemus/deĩ q; laudemus. Quando deum laudamus: tanq̃ eum qui sine peccato est prædicamus. Quando autẽ nosmetipsos accusamus: ei per

Phil. ij. a. Joan. ij. d. Psal. xiij. a. Eccl. xvij. Joan. xj. e.

quem resurreximus gloriam dam⁹. Hoc si fecerimus: nullã occasionem inueniet inimicus: qua nos circumueniat ante iudicem. Cum enim tu ipse fueris accusator: & domin⁹ liberator; quid erit ille nisi calumniator? Merito ille hinc sibi tutelam prouidit aduersus inimicos non conspicuos carnem & sanguinem miserandam potius q̃ cauendam; sed aduersus illos inimicos contra quos apostolus nos hortatur; vt armemur. Non est nobis colluctatio aduer- Ephe.vi.b.
sus carnem & sanguinem. idest. aduersus homines quos videtis sæuire in nos. Vasa sunt; alius vtitur. Organa sunt. alius tangit. immisit se (inquit) diabolus in cor iudæ; vt traderet dominũ. Ait Joan.xiij.
aliquis. Quid ergo ego feci? Audi apostolum. Neq; detis locum Ephe.iiij.f.
diabolo. Tu male voluntati locum dedisti; intrauit; possedit; vtitur. Locum si non dares / non possideret. Ergo nos ammonens ait. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed Ephe.vi.b
aduersus principes & potestates. Posset quisq; putasse aduersus reges terræ: aduersus potestates sęculi. Quare? Ipsi nõ caro & sanguis. Semel dictum est. Non aduersus carnem & sanguinẽ. Auerte ab omni homine. Qui ergo restant inimici? Aduersus principes & potestates spiritualis nequitiæ: rectores mundi: quasi plus dedit diabolo & angelis eius: plus dedit quos rectores mundi appellauit. Sed ne male intelligas: exponit quid sit mundus: cuius sunt illi rectores. Rectores mundi tenebrarum harum. Quid est mundus tenebrarum harum: quibus est rector? Dilectorib⁹ suis & infidelibus plenus est mundus. Hos appellat apostolus tenebras. Harũ rectores diabolus & angeli eius. Hæ tenebræ nõ naturales sunt: non incommutabiles sunt. Mutantur; & lux efficiuntur. Credunt; & credẽdo illuminantur. Quod cum in eis factum fuerit audient. Fuistis enim aliquando tenebræ: nũc aũt lux in do- Ephe.v.b.
mino. Nam quando tenebræ in te: non in domino. Iterum quando lux: non in te / sed in domino. Quid enim habes quod nõ rece- j.corin.iiij.b
pisti? Quia ergo sunt inuisibiles inimici: inuisibiliter sunt expugnandi. Quippe hostem visibilem vincis feriendo: inuisibilem vincis credendo. Visibilis est hostis homo: visibile est & ferire. Inuisibilis est hostis diabolus: inuisibile est & credere. Ergo est pugna inuisibilis aduersus inuisibiles inimicos. Ab his enim inimicis quomodo se tutum dicit quidam? Hoc enim cœperam dicere: & necesse habebam de istis inimicis aliquãto cum mora tractare. Iam ergo cognitis inimicis: videamus tutelam. Laudans Ps.xxij.a.

inuocabo dominum: & ab inimicis meis saluus ero. Habes quid agas. Laudans inuoca; sed dominum laudans inuoca. Si enim te laudaueris; ab inimicis tuis saluus non eris. Laudans inuoca dominum; & ab inimicis tuis saluus eris. Quia quod ait ipse domi-
Psal. xlix. e. nus. Sacrificium laudis honorificabit me: & ibi vita est vbi ostendam tibi salutare meum. Vbi via? In sacrificio laudis. Noli pedē extra hanc viā mittere: in via esto. Noli á via recedere á laude dñi nec vnguē: nedum pedem. Si enim volueris ab hac via deuiare: & pro dño te laudare; non eris saluus ab illis inimicis: quia de ipsis
Ps. cxxxix. b. dictum est. Iuxta semitam scādalum posuerunt mihi. Quicquid ergo putaueris boni habere te abs te; deuiasti á laude dei. Quid iam miraris si te seducit inimicus; quando tu tui ipsius seductor es?
Gal. vi. b. Audi apostolū. Qui enim putat se esse aliquid; cum nihil sit: ipse
Textus. se seducit. Dominum ergo attende confitentem ☞ Confiteor tibi pater: domine cœli & terrę. ◢ Confiteor tibi: laudo te. Laudo te: nō accuso te. Quantū autē pertinet ad ipsius hominis susceptionem; tota gratia; singularis gratia; perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui christus est si tollas gratiam: & tantā gratiā qua vnū oportebat esse christū; & ipsum esse quem nouimus? Tolle istā gratiā: quid est christus nisi homo? Quid nisi qđ tu? Suscepit animam suscepit & corpus; suscepit plenū hominem coaptatam sibi vnam facit dñs cū seruo personā. Quanta est ibi gratia? Christus in cœlo: christus in terra; christus simul in cœlo & in terra: nec duo christi; sed idem christus in cœlo & in terra; christus apud patrē; christus in vtero virginis: christus in cruce: xp̄s apud inferos subueniens quibusdam. Ego autem ipso die christus in paradiso cum latrone confitente. Et ibi quid latro meruit: nisi quia illam viam tenuit vbi ostēdit salutare suū; á qua tibi pes non exeat? In eo enim ꝙ se accusauit; deum laudauit: & vitam suam beatā fecit: Pręsumpsit quidē
Luce. xxiij. } de dño: & ait illi. Domine memēto mei; dum veneris in regnum tuum. Considerabat enim facinora sua. & pro magno habebat si ei vel in fine parceretur. Dñs autem cōtinuo cum ille diceret; memēto mei. Sed quādo? cum veneris in regnū tuū. Amen dico tibi (inquit) hodie mecū eris in paradiso. Misericordia obtulit: qđ miseria distulit. Audi ergo dñm confitentē. Confiteor tibi pater: dñe cœli & terræ. Quid cōfiteor? In quo te laudo? hæc enim cōfessio
Textus. (vt dixi) laudē habet ☞ Quia abscōdisti hæc á sapientibꝰ & prudētibus: & reuelasti ea paruulis. ◢ Quid est hoc fratres? A contrario

sensu intelligite. Abscondisti hæc (inquit) á sapientibus & pruden
tibus: & nõ dixit. Reuelasti ea stultis & inprudentibus: sed dixit:
Abscondisti á sapientibus & prudẽtibus: & reuelasti ea paruulis.
Sapientibus & prudẽtib⁹ irridendis: arrogantibus falso grandib⁹
vere aũt tumentibus opposuit; nõ sapiẽtes; nõ prudẽtes: sed par-
uulos. Qui sunt paruuli? Humiles. Ergo abscondisti hæc a sapiẽ
tibus & prudentibus. Nomine sapientiũ & prudẽtiũ superbos in
telligi posse; ipse exposuit cũ ait. Reuelasti ea paruulis. Ergo abscõ
disti nõ paruulis. Quid est nõ paruulis? Non humilib⁹. Quid est
non humilibus; nisi superbis. Hæc via dñi aut non erat: aut late-
bat: vt reuelaretᷣ nobis. vnde dñs exultauit: nisi quia reuelatũ est
paruulis. Debemus esse paruuli. Nã si voluerim⁹ esse magni qua
si sapiẽtes & prudentes: non nobis illud reuelatur. Quid sunt ma
gni? Sapientes & prudentes. dicentes se sapiẽtes: stulti facti sunt.
Habes remediũ a cõtrario. Si dicẽdo te sapientẽ stultus factus es:
dic te stultũ / & sapiens eris. Sed dic; dic: sed intus dic: quia sic est vt
dicis. Si dicis. noli corã hominibus dicere: & corã deo non dicere.
Prorsus: quod ad teipsum pertinet: quod ad tua; tenebrosus es.
Quid est enim aliud esse stultum; nisi esse tenebrosum in corde?
Deniq; de illis sic ait. Dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt. An Rom.j.c.
teq̃ hoc diceret; quid rursum? Et obscuratum est insipiens cor eo-
rum. Dic: quia tu tibi lumen non es. Vt multum: oculus es: lumẽ
non es. Quid prodest patens ac sanus oculus; si lumen desit? Er-
go dic a te tibi lumen non esse: & clama quod dictum est. Tu illu-
minabis lucernam meam domine: lumine tuo domine illumina- ps.xvij.d.
bis tenebras meas. Meæ enim nihil: nisi tenebræ: tu autem lumẽ
fugans tenebras, illuminans me: non a me mihi lumen existẽs: sed
lumen non participans / nisi in te. Et Ioannes amicus sponsi christi
putabatur lumen. Non erat ille lumen: sed vt testimonium perhi Joan.j.a.
ret de lumine. Quod autem erat lumen: erat lumẽ verũ. Quid
est verum? Quod illuminat omnem hominẽ. Si vero lumen est
quod illuminat omnem hominem: ergo audi & Ioãnem recte di
centem; recte confitentem. Nos autem de plenitudine eius accepi
mus. Vide si aliud dixit q̃ tu illuminabis lucernam meam domi-
ne; deniq; iam illuminatus testimonium perhibibat. Propter cæ-
cos lucerna diei testimoniũ perhibebat. Vide quoniam lucerna
est. Vos (inquit) misistis ad Ioannem: & voluistis exultare ad ho
ram in lumine eius. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ille lucerna Joan.v.d.

hoc est res illuminata; accensa vt luceret: quæ accidi potest & extingui. Sed vt non extinguatur: ventum superbiæ non patiatur. Ergo confiteor tibi pater: domine celi & terræ: quia abscondisti hæc á sapientibus & prudentibus; lumen se putãtibus; & tenebrę erant. Et pro eo ꝙ tenebræ erant: & lumen se putabãt; nec illuminare potuerũt: Ille autem qui tenebræ erãt; & tenebras se esse cõfitebantur: paruuli erant & non magni; humiles erant & non superbi. Recte ergo dicebant. Tu illuminabis lucernam meam domine. Se agnoscebant; dominum laudabant. á via salutari non recedebant: laudantes dominum inuocabant: & ab inimicis suis salui erant. Postremo aperuit cœleste mysterium: ꝙ scilicet placuerit deo: vt paruulis magis ꝙ̃ prudentibus istius mũdi gratiam suam reuellaret. Quod apostolus Paulus stilo pleniore digessit dicens:

i. corint. i. c. Nonne stultam fecit deus sapiẽtiam huius mundi? Nam quoniã dei sapientiam nõ cognouit hic mundus per sapientiam: placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credẽtes. Ait ergo.

Textus. ⌐Ita pater; quoniam sic fuit placitum ante te.⌐ Cœlestium enim verborum arcana atq; virtutes; sapientibus absconduntur & paruulis reuelantur. Paruulis malicia; non sensu: sapiẽtibus vero stultitiæ præsumptione; non prudentiæ causis. Factiq; huius æquitatem; dominus paternæ voluntatis iudicio confirmat: vt qui dedignantur paruuli in deum fieri: stulti deinceps in sapientia sua fiãt. Vides ꝙ̃ terribilis in consilijs dominus. Disce veræ humilitatis exempla: nec temere discutias supernæ dispensationis consilia. Cum enim intulisset vtrunq;: scilicet ꝙ alijs aduentus sui sacramẽta reuelauerit: ab alijs vero absconderit: nõ mox rationem reddidit; sed sic deo placitum dixit: hoc ostendens manifeste: quia iniustum esse non potest; quod placuit iusto. Ac ne quid in illo minus

Textus. ꝙ̃ quod in deo est æstimaretur; statim subdidit ⌐Omnia mihi tradita sunt à patre meo.⌐ Pulcherrimus cõnectiť de fide locus: quãdo omnia sibi tradita dicit á patre suo. Cum omnia legis: omnipotentem agnoscis: non decolorem; non degenerem patris. Cum tradita legis; filium confiteris: cui per naturam omnia vnius substantiæ iure sunt propria: non dono collata per gratiam. Tradita autem sibi dici omnia: nõ cœlum & terram; vel cętera quę ipse cõdidit ac fecit elemẽta: sed hoc qui per filiũ accessum habent ad patrem; & ante rebelles; deũ postea per fidẽ sentire cœperũt. Vnde

Joan. vi. d. & alio loco dicit. Omñe quod dat mihi pater; ad me veniet. ⌐Et nę

mo nouit filium nisi pater; neq̃ patrem quis nouit nisi filius: & cui voluerit filius reuelare. Cum diceret. Nemo nouit filium nisi pater: nos dixit: & cui voluerit pater reuelare. quemadmodũ cum dixerit: nemo nouit patrem nisi filius. addidit: & cui voluerit filius reuelare. Quod nõ ita intelligẽdũ est quasi a nullo possit cognosci; nisi a solo patre: pater autem non solum a filio: sed etiam ab eis quibus reualauerit filius. Sic enim potius dictum est: vt intelligamus: & patrem & ipsum filium per filiũ reuelari; quia ipse est mẽtis nostræ lumẽ: vt quod postea intulit; & cui voluerit filius reuelare: nõ patrẽ tantũ: sed etiã filiũ accipias. Ad totũ enim quod enim dixit illatum est. Verbo enim suo se pater declarat. Verbum enĩ nõ solum id quod per verbũ declaratur; sed etiã seipsum declarat. Vt scias autem: quia sicut filius patrẽ quibus vult reuelat ipsum; audi dicentẽ ipsum dñm Iesum: cum laudaret Petrũ q̃ cum filium dei esse confessus sit. Beatus es simõ bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi; sed pater meus qui es in cœlis. Audiamus ergo eum qui sequitur & dicit. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis. Mirũ quibusdã videt̃ fratres charissimi: cũ audiũt dñm dicentẽ. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis; & ego reficiã vos. Tollite iugũ meũ sup̃ vos & discite: quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugũ enĩ meũ suaue est: & onus meũ leue. Et nõ cõsiderãt eos qui iugũ ipsum intrepida ceruice subierũt: & illã sarcinã mãsuetissimis humeris acceperũt/tãtis agitari & exerceri difficultatibus huius sęculi: vt nõ a laboribus ad quietẽ: sed a quiete ad laborẽ vocati videãtur/cum Apostolus dicat. Omnes qui volunt pie viuere in christo Iesu: persecutionem patientur. Ait ergo aliquis. Quomodo iugũ eius suaue est: & sarcina leuis: quãdo quidẽ illud iugũ & sarcinam ferre: nihil est aliud q̃ pie viuere in christo? Et quomodo dicit̃. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis; & ego reficiam vos? & nõ potius dicitur. Venite qui vacatis vt laboretis? Nam & vacãtes inuenit quos cõducit in vineam: vt ferrent æstum diei: & sub illo iugo leui & sarcina leui: audiamus Apostolũ dicentem: In omnibus cõmendantes nosmetipsos sicut dei ministros: in multa patientia/in tribulationibus/in necessitatibus/in angustijs/in plagis &c. Et alio in loco eadem epistola. A iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cęsus sum; semel lapidat⁹ sum; ter naufragium feci; nocte & die in profundo maris fui; & cętera pericula

Textus. Mat. xvj. Textus. ij. Timo. iij. ij. Cor. vj. ij. Corin. xj.

quæ numerari quidẽ possunt/sed tolerari nisi spiritussancto iuuã te non possunt. Oĩa ergo illa quæ commemorauit aspera & grauia frequentius & abundantius sustinebat: sed profecto aderat ei spiritussanctus; qui in exteriori hominis corruptione; interiorem renouare de die in diem; & gustata requie spirituali in affluentia deliciarum dei: in spe futuræ beatitudinis omnia præsentia deliniret/aspera & grauia oĩa releuaret. Ecce q̃ suaue iugũ christi portabat; & quã leuẽ sarcinã: vt omnia illa quæ superius enumerata dura & immania omnis auditor horrescit: leuẽ tribulationẽ diceret; intuens interioribus & fidelibus oculis / quanto precio tẽporaliũ emenda sit futura vita/non pati labores æternos impiorum: & sine vlla solicitudine perfrui æterna fœlicitate iustorꝶ. Secari & vri se homines patiũtur: vt dolores nõ æterni; sed aliquãto diuturnioris vlceris acriorũ dolorꝶ præcio redimantur. In lãguidæ & incertæ vocatiõis breuissima atq; vltima vita/immanissimis bellis malus homo atteritur; pluribus fortasse annis in laboribus inquietus: q̃ in ocio quieturus. Quibus tẽpestatibus & ꝓcellis: q̃ horribili & tremenda sæuitia cœli & maris importuni sunt mercatores: vt diuitias ventosas acquirant maioribus q̃ quibus acquisitæ sunt periculis & tempestatibus plenas? Quos æstus; quæ frigora; quæ pericula ab equis, a fossis; a præcipitijs, a fluminibus a feris perferunt venatores? Quem laborem esuriendi & sitiendi: quantas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias: vt bestiam capiant? Et interdum nec ipsius bestiæ carnes propter quam hęc tãta sustinent epulis necessarię: q̃ q̃ & si aper ceruusq; capitur magis suaue sit venantis animo quia captus est: q̃ comedentis palato quia coctus est. Quantis cruciatibus prope quotidianorum plagarum tenera ætas puerorꝶ subditur? Quantis etiam scholis vigiliarum & abstinentiæ molestijs exercentur: non propter discẽdam sapiẽtiam: sed propter opes honorisq; vanitates; vt numeros & litteras & disertas fallacias: eloqui discãt? Sed in his omnibus qui hæc nõ amant: eadem grauia patiuntur. Qui vero amant; eadem quidẽ: sed non grauia pati videntur. Omnia enim sæua & immania: prorsus facilia & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius ac facilius ad veram beatitudinem charitas facit: quod ad miseriã quantum potuit cupiditas fecit. Quam facile toleratur quælebet aduersitas temporalis; vt æterna pœna vitetur: æterna requies cõparetur. Non immerito ille vas electionis cum' ia gentil æticia di-

ij. Cor. iiij.

Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Ecce vnde iugum illud suaue est & sarcina leuis. Etsi angusta est paucis eligẽtibus/ facillis tamen omnibus diligentibus. Dicit psalmista. Propter verba labiorum tuorũ/ ego custodiui vias duras. Sed quæ dura sunt laborãtibus: eisdem ipsis mitescunt amantibus. Propter quod ita diuinæ pietatis dispensatione actum est: vt interior homo qui renouatur de die in diem; non adhuc sub lege positus; sed iam sub gratia exoneratus sarcinis; innumerabilium obseruationũ: quod erat reuera graue iugum; sed duræ ceruici cõuenienter impositum: facilitatẽ simplicis fidei, & bone spei & sanctæ charitatis: quicquid molestiarũ exteriori homini forinsecus intulisset ille princeps: qui missus est foras; interiore gaudio leue fieret. Nihil enim tam facile est bonæ voluntati, q̃ ipsa sibi: & hæc sufficit deo. Quantumlibet ergo seuiat iste mundus: verissime angeli nato in carne domino clamauerunt. Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quia qui natus erat; suaue iugum eius est & sarcina leuis sicut dicit Apostolus. Fidelis deus; qui nõ sinit tentari nos super id quod possumus ferre. Sed facit cum tentatione etiam exitum: vt possumus sustinere. Cõuersi ad dominum deum patrem omnipotentem puro corde; ei inquãtum potest prauitas nostra maximas atq; veras gratias agamus: prædicantes toto animo singularẽ mãsuetudinem eius: vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur. Inimicũ quoq; a nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat; nobis multiplicet fidẽ; mentem gubernet: spirituales cogitationes cõcedat: & ad beatitudinẽ suam perducat: per iesum christũ dñm nostrũ filium suũ: qui cũ eo viuit & regnat in vnitate spiritussancti deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Rom.viij.
Psal.xvj.b.
Luce.ij.b.
Matt.xj.
j.Corin.x.c.

Segmentum ex euangelio Matthæi.xx.capite. A. quod canitur dominica in septuagesima.



In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum coelorum homini patrifamilias: qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus circa horem tertiã; vidit alios stantes in foro ociosos: & dixit illis. Ite & vos in vineã meã: & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierũt. Iterum autẽ

exijt circa sextam & nonã horã; & fecit similiter. Circa vndecimã vero exijt; & inuenit alios stãtes: & dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dixit illis: ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset; dixit domi/nus vineæ pcuratori suo. Voca operarios: & redde illis mercedẽ; incipiens a nouissimis vsq; ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimã horã venerant: acceperũt singulos denarios. Venietes aũt & primi; arbitrati sunt q̃ plus essent accepturi: acceprũt autem & ipsi singulos denarios. Et accipiẽtes murmurabãt aduersus patrem familias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti: qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respondens vni eorum. Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi; aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum? sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi; Multi enim sunt voca/ti: pauci vero electi.

Portauimus pondus diei et estus. Alia dicit legendum esse: pondus diei et estũ. Item tibi: an nõ licet mihi qđ volo. &c. dicit q̃ littera est decurtata: et q̃ sic erat legendum. Au non licet mihi facere quod volo in rebus meis si oculus tuus malus est: q: ego bonus sum.

Homilia beati Gregorij papæ de eadem lectione. habita ad populum in basilica beati Laurentij marty/ris in septuagesima.

IN explicatione sua; multa ad loquendum sancti euangelij le/ctio postulat: quam volo si possum sub breuitate perstringere ne vos & extensa processio; & prolixa expositio videatur onerare. Regnum celorum homini patrifamilias simile dicitur: qui ad excolendam vineam suam operarios conducit. Quis vero patris/familias similitudinem rectius tenet; q̃ conditor noster: qui regit quos condidit; & electos suos sic in hoc mundo possidet: quasi subiectos dominus in domo? Qui habet vineam vniuersam scilicet ecclesiam: ab abel iusto vsq; ad vltimum electum: qui in fine mũ/di nasciturus est: quot sanctos protulit: quasi tot palmites misit. Hic itaque pater Familias ad excolendam vineam suam mane hora tertia/sexta/nona/& vndecima/operarios conduxit; quia a mundi huius initio vsque ad finem/ad erudiendam plebem fidelium prædicatores congregare non desistit. Mane etenim mundi fuit ab Adã vsq; ad Noe: hora vero tertia a Noe vsq; ad Abraã: sexta quoq; ab Abraam vsq; ad Moysen: nona autem a Moyse vsq; ad aduẽtũ domini. Vndecima vero ab aduentu domini vsq; ad finem mundi; in qua prædicatores sancti Apostoli missi sunt

Ecclesia ab abel iusto incepit.

Mundus varias habet etates.

qui mercedem plenam & tarde venientes acceperunt. At erudiē dam ergo dominus plebem suam/quasi ad excolendam vineam suam nullo tempore destitit operarios mittere: quia & prius per patres: & postmodum per legis doctores & pphetas: & ad extremum veo per apostolos/dum plæbis suæ mors excoluit/ quasi per operarios, in vineæ cultura laborauit: quisquis in quolibet modulo/ vel mensura quisquis cum fide recta bonę prædicator actionis extitit/ huius vineæ operarius fuit. Operator ergo mane hora tertia/sexta & nona/ antiquus ille & hebraicus populus designatur: qui in electis suis ab ipso mundi exordio/ dum recta fide deum studuit colere; quasi non destitit in vineę cultura laborare. Ad vndecimam vero gentiles vocantur: quibus & dicit. Quid hic statis tota die ociosi? Qui enim in transacto tam longo mundi tempore pro vita sua loborare neglexerant, quasi tota die ocio sistabant. Sed pensate fratres/ quid inquisiti respondeant. Dicūt ei. Quia nemo nos conduxit. Nullus quippe ad eos patriarcha; nullus propheta venerat. Et quid est dicere: ad laborē nemo nos conduxit: nisi quia vitæ nobis vias nullus prædicauit? Quid ergo nos á bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus; qui pene á matris vtero ad fidē venimus? qui verba vitę ab ipsis cunabilis audiuimus? qui ab vberibus sanctæ ecclesiæ potum sancte prædicationis sumpsimus cum lacte carnis? Possumus vero & easdem diuersitas horarum etiam ad vnum quemq; hominē per ætatum momenta distinguere. Mane quippe intellectus nostri pueritia est: hora aūt tertia adolescētia intelligi potest: quia quasi iam sol in altum proficit dum calor ætatis crescit. Sexta vero iuuētus est: quia velut in centro sol figitur: dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autē senectus intelligitur; in qua sol velut ab alto axe descendit: quia ea ætas á calore iuuentutis deficit. Vndecima vero hora ea est ætas; quæ decrepita vel veterana dicitur. Vnde greci valde seniores non gerontas; sed presbyteros appellant: vt plusq; senes esse insinuent; quos profectiores vocāt. Quia ergo ad vitam bonā alius in pueritia; alius in adolescentia; alius in iuuentute; alius in senectute; alius in decrepita ætate perducitur; quasi diuersis horis operarij ad vineam vocantur. Mores ergo vestros fratres aspicite si iam dei operarij estis; videte. Pēset vnusquisq; quid agat; & consideret si in dei vinea laboret. Qui enim in hac vita ea quę sua sunt huius mundi quærit; adhuc ad domini

Textus

Textus

Christiani a bono opere cessantes vix se excusabunt apud Deum

Vitucam illi qui dicantur recte colere

vineam non venit. Illi nanq domino laborant: qui non sua/ sed lucra dominica cogitant: qui zelo charitatis/ studio pietatis inser/uiunt; animabus lucrandis inuigilãt; perducere & alios secum ad vitam festinãt. Nam qui sibi viuit: qui carnis suæ voluptatibus pa scitur: recte ociosus redarguitur: quia fructum diuini operis nõ se ctatur. Qui vero & vsq ad ætatẽ vltimam deo viuere neglexerit quasi vsq ad vndecimam ociosus stetit. Vnde recte vsq ad vndecimam torpentibus dicitur. Quid hic statis tota die ociosi? Ac si aperte dicatur. Et si deo viuere in puritia & in iuuẽtute noluistis/ saltem in vltima ætate resipiscite; & ad vitæ vias; cũ iam multũ la/boraturi non estis; vel sero venite. Et tales ergo paterfamilias vocat: & plerumq ante remunerãtur: quia prius ad regnum de corpora exeunt: q̃ hi qui iam in puritia vocati esse videbuatur. An non ad vndecimam venit latro? qui & si non habuit per ætatẽ: habuit tamen sero p pœnã; qui deum in cruce confessus est & pæne cum voce sententiæ spiritum exalauit vitę. A nouissima autẽ red dere denarium paterfamilias cœpit: quia ad paradisi requiẽ prius latronem q̃ petrum perduxit. Quanti patres ante legem; quãti sub lege fuerunt: & tamen hi qui in dñi aduẽtu vocati sunt; ad cœlorum regnum sine aliqua tarditate peruenerunt? Eundem ergo denariũ accipiunt qui laborauerunt ad vndecimam; quem expe/ctauerunt toto desiderio: qui laborauerunt ad primam: quia ęqualem vitæ æternæ retributionem sortiti sunt cum hi qui á mundi initio vocati fuerant; hi qui in mundi termino ad fidem venerũnt. Vnde & hi qui in labore præcesserunt; murmurantes dicũt. Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares nobis illos fecisti; qui portauimus pondus diei & æstus. Pondus enim diei & æstus porta/uerunt; hi quos á mundi initio; quamdiu hic contigit viuere; ne/cesse etiam fuerat longiora carnis tentamẽta tollerare. Vnicuiq enim pondus diei & æstus ferre; est per longioris vitæ tẽpora carnis suæ calore fatigari. Sed quæri potest: quomodo murmurasse dicti sunt: qui saltẽ sero ad regnum vocantur. Cœlorum enim re/gnum nullus murmurans accipit: nullus qui accipit: murmurare potest. Sed quia antiqui patres vsq ad aduentum domini quantũ libet iuste vixerint; ducti ad regnum non sunt; nisi ille descenderet qui paradisi claustra hominibus interpositione suæ mortis aperi/ret. Eorũ ergo hoc ipm murmurasse est; quod & recte pro perci/piẽdo regno vixerũt; & tãdiu ad pcipiẽdũ regnũ dilati sũt. Quos

Textus.

Qui sine fructu iuuẽtutem preterijt: saltem in senectute nitatur bene viuere.

Textus.

Regnũ celorum possunt nō tangi murmurantibus.

enim post peractam iusticiam inferni loca; quamuis tranquilla su
sceperunt: eis profecto & laborasse fuit in vinea & murmurasse.
Quasi ergo post murmurationem denariũ accipiunt; qui post lõ
ga inferni tempora ad gaudia regni peruenerũt: Nos autẽ qui ad
vndecimã venimus; post laborem non murmuramus; & denariũ
accipimus: quia post mediatoris aduentum in hoc mundo veniẽ=
tes ad regnũ ducimur: mox vt de corpore exim⁹; & illud sine mo=
ra percipimus; q̃d antiqui patres cum magna præcipere dilatiõe
meruerũt. Vnde & idẽ paterfamilias dicit. Volo & huic nouissi
mo dare sicut & tibi. Et quia ipsa regni preceptio ei⁹ est bonitas (Textus.)
volũtatis recte subiũgit. Aut non licet mihi quod volo facere? (Textus.)
Stulta enim quæstio est hominis cõtra benignitatem dei. Cõque=
rendum quippe esset; si nõ daret q̃d deberet: sed nõ si daret quod
debuerit. Vnde aperte subdit. An oculus tuus nequã est: quia (Textus.)
ego bonus sum? Nemo autẽ se de opere; nemo de tẽpore extol=
lat: cũ hac expleta sententia subsequẽter veritas clamat. Sic erũt (Textus.)
nouissimi primi; & primi nouissimi. Ecce enim & si iam scimus
quæ vel quãta bona egimus: adhuc supernus iudex qua subtilita
te hæc examinet: ignoramus. Et quidem gaudendum cuiq; sum=
mopere est; in regno dei esse se vel vltimũ. Sed post hæc terribile
est valde q̃d sequitur. Multi enim sun vocati: pauci vero electi. (Text. s. ea)
Quia ad fidẽ multi veniũt: & ad cœleste regnũ pauci perducũtẽ.
Etenim ad hodiernam festiuitatem q̃ multi cõuenimus: ecclesiæ
parietes implemus: sed tamen quis sciat q̃ pauci sunt qui in illo
electorum dei grege numerẽtur? Ecce vox omnium christũ cla=
mat; sed vita oim xp̄m non clamat. Plæriq; deum vocibus sequũ
tur; moribus fugiunt. Hinc etenim ad titũ Paulus dicit. Qui con=
fitẽtur se nosse deum: factis autẽ negant. Hinc Iacobus ait. Fides (Titum. i. d.)
sine operibus mortua est. Hic per psalmistam dñs dicit. Annũcia (Iaco. ij. d.)
ui & locuts sum: multiplicati sunt super numerum. Vocante aũt (Psal. xxxix.)
domino; super numerũ multiplicãtur fideles. quia nonnunq; etiã
hi ad fidem veniũt: qui ad electorũ numerum nõ pertingũt. Hic
enim fidelibus per confessionem admixti sunt: sed propter vitam
reprobam illic numerari in sorte fidelium nõ merẽtur. Hoc ouile
sanctæ ecclesiæ hędos cum agnis recipit. Sed attestante euangelio
cũ iudex venerit; bonos a malis separat; sicut pastor segregat oues (Matt. xxv. c.)
ab hędis. Neq; etenim possunt qui hic carnis suę voluptatibus ser (Regnũ celo= rũ quib⁹ de= negatũ est.)
uiunt/ illic in ouiũ grege munerari; illic eos á sorte humiliũ iudex

separat;qui se hic in superbiæ cornibus exaltant. Regnũ cœlorũ percipere nequiũt;qui hic & cœlesti fide positi;toto desiderio terrena quærũt.Et multos tales intra ecclesiam fratres charissimi cernitis:sed eos nec imitari nec despicere debetis. Quid eñ sit hodie aspicim⁹;sed quid cras futur⁹ sit vnusquisq;nescim⁹. Plerumq; & qui post nos venire cernitur;per agilitatẽ nos boni operis antecedit:& vix eum cras sequimur;quẽ hodie præire videbamur. Ecce cũ Stephanus pro fide moreretur:Saulus lapidãtiũ vestimẽta seruabat. Omniũ ergo manibus ipse lapidauit;qui ad lapidandũ oẽs exertos reddidit:& tamẽ eundẽ ipsum in sancta ecclesia laborib⁹ antecessit;quẽ persequendo martyrem fecit. Duo ergo sunt;quæ pẽsare solicite debemus; Quia enim multi vocati;sed pauci electi sunt. Primum est;vt de se quisq; minime præsumat;quia & iam ad fidem vocatus sit:vtrum perenni regno dignus sit;nescit. Secũdũ vero est:vt vnusquisq; proximũ quẽ fortasse iacere in vitijs cõspicit;desperare non audeat;quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat. Rem fratres quæ nuper cõtigit refero:vt si nos peccatores ex corde esse conspicitis:omnipotentis dei misericordiam amplius ametis. Præsenti anno in monasterio meo.qđ iuxta beatorũ martyrum Ioãnis & Pauli ecclesiam situm est;frater quidam ad cõuersionem venit. Deuote susceptus est;sed ipse deuotius cõuersatus. Hunc ad monasteriũ frater suus corpore;nõ corde secut⁹ est. Nõ valde conuersationis vitam & habitum detestans:in monasterio vt hospes habitabat;& monachorũ vitam moribus fugiens recedere á monasterij habitatiõe nõ poterat:quia vel quid ageret;vel vnde viueret non habebat. Erat prauitas eius cũctis onerosa:sed hunc omnes æquanimiter pro fratis eius amore tollerabãt. Nam superb⁹ & lubricus;si qua post hoc sęculũ vita sequeretur;nesciebat. Irridebat vero;si quis illi hanc prædicare voluisset. Itaq; cum habitu sæculari viuebat in monasterio:verbis leuis;nutibus instabilis;mẽte tumidus;veste cõpositus; actione dissipatus. Mẽse aũt Iulio nuper elapso: huius quã nostris pestilentiæ clade percussus est. Qui ad extremũ veniẽs;vrgeri cœpit;vt animã redderet. Et vltima iam corporis parte præmortua;vitalis virtus in solo pectore & lingua remanserat. Fratres aderant;eiusq; exitum(in quãtũ deo largiente poterãt)oratione tuebãtur. At ille subito ad deuorãdum se draconẽ venire cõspiciens;magnis cœpit vocibus clamare dicẽs. Ecce draconi ad deuorandum datus sum: propter vestrã

autē præsentiā deuorare me nō potest. Quid mihi moras facitis? Date locū: vt ei deuorare me liceat. Cūq; hunc fratres vt signū sibi crucis imprimeret: admonerēt: respōdebat virtute qua poterat, dicēs. Volo me signare: sed nō possum: quia a dracone premor. Spumæ oris eius faciē meā liniūt: guttur meū ore eius suffocatur. Ecce ab eo brachia mea cōprimūtur: qui & caput meū in suo ore absorbuit: cūq; hæc pallēs & tremēs & moriēs diceret: cœperūt fratres vehemētius orationi insistere: & oppressum draconis p̄sentia suis precibus adiuuare. Tum repēte liberatus/magnis cœpit vocibus clamare dicēs. Deo grās: ecce discessit: ecce exit: ante orationes vestras fugit draco: qui me acceperat. Mox autē seruiturū se deū & & esse monachū deuouit: atq; tēpore illo nūcusq; febrib⁹ premit: dolore fatigatur. Morti quidē subtractus est: sed adhuc pleni⁹ vitę restitut⁹ nō est. Quia em̄ lōgis & diuturnis iniquitatibus pressus est: longo lāguore fatigatur: & durū cor ignis purgationis durius cōcremat: quia diuina dispēsatione agitur: vt ꝓlixiora vitia ægritudo ꝓlixior exurat. Quis vnq̄ illum seruari ad cōuersionem crederet? Quis tātam dei misericordiā cōsiderare sufficiat? Ecce iuuenis prauus draconē vidit in morte: cui seruiuit in vita: nec vidit vt vitam funditus perderet: sed vt cui seruierat sciret: sciēdo resisteret: ipsumq; resistendo superaret: & eum quo nō vidēs prius tenebatur: vidit postea ne teneretur. Quæ ergo lingua narrare viscera diuinę misericordiæ sufficiat? Quis spiritus ad tentæ pietatis diuitias non obstupescat? Has diuinæ pietatis diuitias considerauit psalmista cum diceret. Adiutor meus tibi psallam: quia tu deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea. Ecce perpendēs in quibus laboribus humana sit vita constituta: deum appellauit adiutorem. Et quia a tribulatione præsenti/in requiem æternam nos suscipit: appellat etiam susceptorem. Sed considerans/ꝙ mala nostra aspicit. & portat/ culpas nostras tolerat: & tamē nos per patientiam ad premia reseruat: noluit deum misericordē dicere; sed hunc ipsam miserecordiam vocauit: dicens: deus meus misericordia mea. Reuocemus ergo ante oculos mala quæ fecim⁹: pensemus ex quāta dei benignitate toleramur: cōsideremus quę sunt pietatis eius viscera: vt non solum culpas indulgeat: sed cœleste regnum pœnitētibus etiam post culpas promittat: atq; ex omnibus medullis cordiū dicamus singuli: dicamus omnes: deus meus misericordia mea. Tu antem domine miserere nostri.

Ps. lviij. (margin, beside "considerauit")

Segmentum ex euangelio Lucæ, viij. capite. a. Quod cani/tur dominica in sexagesima.



IN illo tempore. Cum turba plurima cõueniret ad Iesum & de ciuitatibus properarẽt ad eum: dixit per similitudinẽ. Exit qui seminat seminare semẽ suum. Et dum seminat: aliud cecidit secus viam & cõculcatum est: & volucres cœli comederũt illud Et aliud cecidit supra petrã: & natũ aruit: quia nõ habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas & simul exortæ spinæ: suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortũ fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius: quę esset hæc parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium dei; cæteris autem in parabolis: vt vidẽtes nõ videant: & audiẽtes nõ intelligãt. Est autem hæc parabola. Semen est verbũ dei. Quod autẽ secus viam: hi sunt qui audiunt: deinde venit dia/bolus: & tollit verbum de corde eorum: ne credentes salui fiant. Nam ꝙ supra petram; hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habẽt: quia ad tempus credunt: & in tempore tentationis recedũt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierũt: & a solucitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur & non referũt fructum. Quod autẽ in bonam terram; hi sunt qui in corde bono: & optimo audientes verbum retinent; & fructum afferunt in patientia. Et reliqua.

Homelia beati Gregorij papę. Habita ad populum in Basilica sancti Pauli Apostoli in septuagesima:

LEctio sancti euãgelij quam modo audiuimus fratres charissimi: expositione non indiget: sed admonitione. Quam enim per semetipsam veritas exposuit: hãc discutere humana fragilitas non præsumat. Sed est quod sollicite in hac ipsa expositione dominica pensare debemus: quia si nos vobis semen verbum, agrum mundi; volucres dęmonia: spinas diuitias significare diceremꝰ: ad credendum nobis mens forsitan vęstra dubitaret. Vnde & idẽ dominꝰ per semetipsum dignatꝰ est exponere/quod dicebat: vt sciatis rerum significationes quærere: in his etiam quę per semetipm voluit explanare. Exponendo ergo quod dixit figurate se loqui innotuit: quatenus certos vos redderet: cum vobis nostra fragilitas figuras verboꝝ illius aperiret. Quis enim mihi vnꝗ̃ crederet

si spinas diuitias interpretari voluissem: maxime cum illæ pungãt & istæ delectent: Et tamen spinæ sunt quæ cogitationũ suarũ punctionibus mentem lacerant; & cum vsq; ad peccatum pertrahunt quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco/alio euãgelista testante: nequaq; dominus diuitias; sed fallaces diuitias appellat. Fallaces em̃ sunt quæ nobiscũ diu permanere non possunt. Fallaces sunt: quæ mentis nostræ inopiam nõ expellũt. Solæ aũt diuitiæ veræ sunt: quæ nos diuites virtutib⁹ faciũt. Si ergo fratres charissimi vere diuites esse cupitis: veras diuitias amate. Si culmẽ veri honoris quæritis: ad cœleste regnum tẽdite. Si gloriam dignitatum diligitis: in illa superna angelorum curia ascribi festinate. Verba dei quæ aure percepistis/mente retinete. Cibus enim mẽtis; est sermo dei. Et quasi acceptus cibus stomacho languẽte rejcitur: quando auditus sermo in ventre memoriæ non tenetur. Sed quisquis alimẽta non retinet, huius pfecto vita desperatur. Aeternæ ergo mortis pericula formidate: si cibũ quidẽ sanctę exhortatiõis accipitis: sed verba vitæ (idest) alimẽta iusticię in memoria nõ tenetis. Ecce trãsit omne quod agitis: & ad extremum iudiciũ sine vlla momenti interpositione quotidie volentes nolentesq; properatis. Cur ergo amatur qđ relinquitur? Cur illud negligitur quo peruenitur? Mementote qđ dicitur. Si quis habet aures audiẽdi audiat. Omnes enim qui illic aderant; aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus; si quis habet aures audiendi audiat; dicit: aures proculdubio cordis requirit. Curate ergo vt acceptus sermo in cordis aure remaneat; curate; ne semẽ iuxta viã cadat: ne malignus spirit⁹ veniat: & a memoria verbũ tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat: & fructum boni operis sine perseuerantiæ radicibus mittat. Multis enim libet qđ audiũt: boni operis initia proponũt: sed mox vt fatigari aduersitatibus cœperint/inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit: quia hoc quod germinauerat: ad fructum perseuerãtiæ nõ perduxit. Multi nanq; cum verbũ contra auaritiã audiunt: eandem auaritiam detestãtur; rerum omnium cõtemptum laudant; sed mox vt viderit animus qđ concupiscat: obliuiscitur qđ laudabat. Multi cum verbũ contra luxuriã audiunt. pollutiones carnis non solũ perpetrare non appetũt: sed etiã perpetratas erubescũt; sed mox vt carnis species eorum oculis apparet: sic mens ad desiderium rapitur; ac si adhuc ab ea nihil sit cõtra hæc eadẽ desideria

Matt.xiij.c.

Diuitie dicũtur fallaces.

Cibus mentis est sermo dei.

Judicium ad extremum sine intermissione properamus.

deliberatum: & dānanda ait quæ quicquid egisse se meminit; iam & ipsa dānauit. Sæpe etiam cōtra culpas compungimur; & tamē post fletū ad easdē culpas redim⁹. Sic balaā israelitici populi tabernacula contemplatus fleuit: eisq; se similem fieri in morte deposcit dicens. Moriatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima mea horū similia. Sed mox vt hora cōpunctionis transijt / in auariciæ nequitiam exarsit. Nam ꝓpter promissa munera in eius populi mortē cōsiliū dedit: cuius morti in morte se similem fieri optauit. & oblit⁹ est qđ plāxerat; cū extinguere noluit / qđ per auariciā ardebat. Notandū vero est / qđ exponēs dominus dicit: quia solicitudines & voluptates & diuitiæ suffocāt verbum. Suffocāt enim quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant; & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt: quasi aditū flatus vitalis necant. Notandum etiam ꝙ duo sunt quæ diuitijs iūgit; solicitudines videlicet & voluptates; quia profecto & per curā mentē opprimunt / & per affluentiam resoluūt. Res enim contrariæ possessores suos & afflictos & lubricos faciunt. Sed quia voluptas conuenire cū afflictione non potest; alio quidem tempore per custodiæ suæ solicitudinem affligūt; atq; alio per abūdantiam ad voluptates emolliunt. Terra autem bona fructum per patientiam reddit: quia scilicet nulla sunt bona quæ agimus; si nō æquanimiter etiam proximorum mala toleramus: quanto enim quisq; altius proficerit: tanto in hoc mūdo inuenit quod durius portet: quia cum a præsenti sæculo mētis nostræ delectatio deficit: eiusdē sæculi aduersitas crescit. Hinc est eñ ꝙ p̄ ęrcsq; cernimus & bona agere: & tamen sub graui tribulationum fasce desudare. Terrena namq; desideria fugiunt: & tamen flagellis durioribus fatigātur. Sed iuxta domini vocem: fructum per patientiam reddunt: quia cum humiliter flagella suscipiunt; post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic vua calcibus tunditur: & in vini liquorem liquatur. Sic oliua cōtunsionibus expressa: amurcā suam deserit: & in olei liquorem pinguescit. Sic per trituram areæ a paleis grana separantur: & ad horreū purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plene vitia vincere: studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare: vt tanto post ad iudicē mundior veniat: quanto nūc eius rubiginē ignis tribulationis purgat. In ea porticu quæ euntibus ad ecclesiam beati Clementis est peruia; fuit quidam seruulus nomine; quē multi vestrum mecum nouerunt; rebus pauper; me

Nu. xxiij. b.

Balaan propter auariciā in populi necem consensit.

Boni quandoq; graues contingunt afflictiones.

ritis diues: quẽ lõga ægritudo dissoluerat: Nam a primeua ætatæ vsq; ad finẽ vitæ; paralyticus iacebat. Quid dicã? quia stare non poterat; qui nunq̃ in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat; nunq̃ manum suam ad os suum ducere; nunq̃ se potuit in latus aliud declinare. Huic ad seruiẽdum mater cũ fratre aderat: & quicqd ex eleemosyna potuisset accipere; hoc eorum manib⁹ pauperibus erogabat. Nequaq̃ litteras nouerat: sed scripturæ sacræ sibimet codices emerat: & religiosos quosq; in hospitalitatẽ suscipiẽs/ hos corã se legere sine intermissione faciebat. Factũq; est: vt quantum ad mẽsurã propriã attinet; plene scripturã sacrã disceret: cum (sicut dixi) litteras fundit⁹ ignoraret. Studebat in dolore semper gr̃as agere: hymnis deo & laudib⁹ diebus ac noctib⁹ vacare. Sed cũ iã tẽpus esset: vt tanta eius patientia remunerari debuisset; mẽbrorꝝ dolor ad vitalia rediit. Cũq; se iã morti proximũ agnouit, peregrinos viros atq; in hospitalitatẽ receptos admonuit; vt surgerẽt & cũ eo psalmos pro expectatione sui exitus decãtarẽt. Cũq; cũ eis & ipse moriẽs psalleret: voces psallẽtiũ repẽte cõpescuit: cũ terrore magni clamoris dicens. Tacete; tacete: nũquid non auditis quãtę resonãnt laudes in cœlo? Cũq; ad easdẽ laudes quas int⁹ audierat; aurẽ cordis intẽderet/ sancta illa anima carne soluta est. Sed exeũte illa/ tanta illi frargãtia odoris aspersa est: vt oẽs qui illic aderãt; inęstimabili suauitate replerẽtur: ita vt per hoc patẽter agnoscerẽt; q̃ eã cũ laude in cœlo suscepissent. Cui rei monach⁹ noster interfuit: qui nũc vsq; viuit: & cũ magno fletu attestari solet: quia quousq; corpus eius sepulturæ traderẽt; ab eorum naribus odoris illius fragrantia nõ recessit. Ecce quo fine ex hac vita migrauit: qui hic æquanimiter flagella tollerauit. Iuxta vocẽ ergo dñicã bona terra fructũ ꝑ pœnitẽtiã reddidit: quæ exarata disciplinę vomere ad remunerationis segetẽ peruenit. Sed vos rogo attẽdite fratres quod excusationis argumentũ in illo districto iudicio habituri sumus nos; qui á bono opere torpentes & res & manus accepim⁹: si pręcepta dñi egenus & sine manib⁹ impleuit. Nõ cõtra nos dñs tũc apostolus ostẽdat: qui ad regnũ secũ fideliũ turbas prædicãdo traxerũt: nõ contra nos martyres exibeat: qui ad cœlestẽ patriam sanguinẽ fundẽdo peruenerũt. Quid tũc dicturi sum⁹ cũ hũc de quo locuti sumus seruulũ viderimus? Cui longus langor brachia tenuit: sed tñ hæc a bono ope nõ ligauit. Hæc vobiscũ fratres agite: sic vos ad studiũ boni operis instigate: vt cũ vobis bonos mo-

do ad imitandum proponitis: eorum tunc consortes esse valeatis.

Segmentum ex euangelio Luce.xviij.capite.e.
quod canitur dominica in quadragesima.



Ssumpsit autẽ iesus duodecim discipulos suos: & ait illis. Ecce ascẽdim⁹ hierosolymã: & cõsummabuntur omnia quę scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradet̃ enim gẽtibus: & illudetur: & flagellabitur; & conspuetur. Et postq̃ flagellauerint: occident eum: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat verbum istum absconditum ab eis; & non intelligebant; quę dicebatur. Et reliqua.

Homilia beati Gregorij pape. Habita ad populũ in Basilea beati Petri apostoli. dñica in quinquagesima.

Redemptor noster præuidens ex passione sua discipulorum animos perturbatos: eis lõge ante & eiusdem passionis poenam & resurrectionis suæ gloriam prædicit: vt cũ morientẽ (sicut prædictum est) cernerent: etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adUC discipuli: nullo modo valebant capere verba mysterij: venitur ad miraculum. Ante eorum oculos cæcus lumen recepit; vt qui cœlestis mysterij verba non caperent: eos ad fidem cœlestia facta solidarent. Sed miracula domini ac saluatoris nostri sic accipienda sunt fratres mei: vt in veritate credãtur facta: & tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe eius & per potentiam aliud ostẽdunt; & per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta historiam cæcus iste fuerit ignoramus: sed tamen quid per mysterium significet; nouim⁹. Cęcus quippe est genus humanũ; qđ in parẽte primo á paradisi gaudijs expulsum: claritatem supernæ lucis ignorans/ damnationis suę tenebras patitur: sed tamen per redemptoris sui præsentiam illuminatur: vt in eternæ lucis gaudia iam per desiderium videat. atq; in via vitæ boni operis gressus ponat. Notandum vero est: q̃ cum Iesus hierichó appropinquaret̃ dicitur: cec⁹ illuminat̃. Hierichó quippe interpretatur luna. Luna autẽ in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis: quia dum menstruis momentis decrescit. defectũ nostræ mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat hierichó: cæcus ad lumẽ redit: quia dũ diuinitas defectũ nostræ carnis suscepit: humanũ genus lumẽ qđ admiserat recepit. Vnde em̃ deus humana patit̃; inde homo ad diuina suble-

Miracula christi vltra ipsam veritatem aliquid innuunt.

Hiericho luna interpretatur.

Luna p defectu ponit̃ in sacro eloquio

uatur. Qui videlicet cæcus recte & iuxta viã sedere/& mẽdicãs esse describitur. Ipsa enim veritas dixit. Ego sum via. Qui ergo æternę lucis claritatem nescit; cæcus est. Sed si iam in redemptorẽ credit; iuxta viam sedet. Si autem iam credidit; sed vt æternam lucem recipiat; rogare dissimulat; atq̃ á præcib⁹ cessat: cæc⁹ quippe iuxta viam sedet: sed minime mendicat. Si vero crediderit: & cęcitarẽ cordis sui cognouerit: sed vt lumẽ veritatis recipiat: postulat iusta viam: sedet cæcus & mendicat. Quisquis ergo cęcitatis suæ tenebras agnoscit: quisquis hoc quod sibi deest lumen æternitatis intelligit: clamet medullis cordis; clamet vocibus mentis dicẽs. Iesu fili dauid miserere mei. Sed quid clamante cæco subiungitur audiamus. Et qui præibant increpabãt eũ vt taceret: Quid autem designant isti qui iesu veniente pręcedunt: nisi desideriorum carnalium turbas; tumultusq̃ vitiorum: qui priusq̃ iesus ad cor nostrum veniat: tentationibus suis cogitationem nostram dissipant: & voces cordis in oratione perturbant: Sæpe nanq̃ dũ conuerti ad deum post perpetrata vitia volumus: dum contra hæc eadem exorare vitia quę perpetrauimus conamur: occurrunt cordi phantasmata peccatorꝝ: quæ fecimus: mentis nostræ aciem reuerberant; confundunt animum; & vocem nostræ deprecationis premunt. Qui præibãt ergo increpabant eũ; vt taceret: quia priusq̃ iesus ad cor veniat: mala quæ facimus cogitationi nostræ suis imaginibus illisa; in ipsa nos nostra oratione cõturbant. Sed quid adhuc illuminãdus cæcus fecit: audiam⁹. Sequitur. Ipse vero multo magis clamabat: fili dauid miseteре mei. Ecce quem turba increpat/vt taceat: magis ac magis clamat: quia quãto grauiori tumultu cogitationum carnalium premitur; tanto orationi insistere ardentius debemus. Contradicit turba ne clamemus: quia peccatorum nostrorum phãtasmata plærumq̃ in oratione patimur. Sed nimirum necesse est; vt vox cordis nostri: quo durius repellitur/eo valentius insitat: quatenus cogitationis illicitæ tumultum superet; atq̃ ad pias aures dñi nimietate suæ importunitatis erumpat. In se (vt suspicor) recognoscit vnusquisq̃ q̄d dicim⁹: quia dũ ab hoc mũdo animũ ad deum mutamus: dum ad orationis opus conuertimur; ipsa quæ prius delectabiliter gessimus/importuna post & grauia in oratione nostra toleramus. Vix cogitatio eorũ manu sancti desiderij ab oculis cordis abijcitur: vix eorum phantasmata per pœnitentiæ lamenta superãtur. Sed cum in oratione

Gen⁹ humanum qñ recepit lumen quod admiserat.

Textus.

Cõuersio peccatorũ ad dominum q̃liter impeditur.

Textus.

Tẽporalia desideria spũalibus cõplectantur.

noſtra vehementer inſiſtimus; tranſeuntem ieſum mẽti figimus.
Vnde illic ſubdit. Stans aũt Ieſus iuſſit eũ adduci ad ſe. Ecce ſtat
qui ante tranſibat: quia cũ adhuc turbas phantaſmatũ in oratione
patimur: ieſum aliquatenus tranſeuntẽ ſentimus. Cũ vero oratio-
ni vehemẽter inſiſtimus; ſtat ieſus vt lucem reſtituat: quia deus in
corde figit̃; & lux amiſſa reperat̃. Qua tamẽ in re & aliud aliquid
in nobis dñs innuit: qđ intelligi de humanitate & diuinitate illius
vtiliter poſſit. Clamantẽ etenim cæcum trãſiens Ieſus audiuit; ſed
Humanitatis xpi est trãsire: sed stare diuinitatis. ſtãs miraculum illuminationis exhibuit. Tranſire nanq̧ humani-
tatis eſt; ſtare diuinitatis. Per humanitatẽ quippe habuit naſci; cre-
ſcere; mori; reſurgere; de loco ad locum venire. Quia ergo in diui
nitate mutabilitas non eſt; atq̧ hoc ipſum mutare tranſire eſt: pro-
fecto iſte tranſitus ex carne eſt; nõ ex diuinitate. Per diuinitatẽ ve
ro ei ſemꝑ ſtare eſt; qa vbiq̧ pręſens: nec ꝑ motũ venit: nec ꝑ mo-
tũ recedit. Cęcũ igit̃ clamantẽ dñs trãſiẽs audiuit: ſtãs illuminauit:
quia nõ ſolũ ꝑ humanitatẽ ſuã vocibus noſtrę cæcitatis cõpatien-
do miſertus eſt; ſed lumen nobis gratiæ per diuinitatis potentiam
Textus. infudit. Et notãdũ quid cæco veniẽti dicat. Quid tibi vis faciã?
Nũquid qui lumen reddere poterat; quid vellet cęcus ignorabat?
Math. vi. vs. a. Sed peti vult hoc; qđ & nos petere; & ſe concedere præneſcit. Im
portune nãq̧ ad orationẽ nos ammonet: & tamen dicit. Scit nãq̧
pater veſter quid opus ſit vobis anteq̧ petatis eum. Ad hoc ergo
requirit; vt petatur: ad hoc requirit; vt cor ad orationẽ excitet.
Textus. Vnde & cæcus ꝓtinus adiũxit. Dñe; vt videã. Ecce cæcus a do
mino nõ aurũ; ſed lucẽ quærit: paruipẽdit extra lucẽ aliquid quæ
rere: quia & ſi habere cæcus quodlibet poteſt; ſine luce videre nõ
poteſt qđ habet. Imitemur ergo fratres chariſſimi eũ quẽ & cor-
pore audiuim⁹: & mente illuminatũ. Non falſas diuitias: nõ terre
Lucem non terrena q̃ramus a dño. na dona: non fugitiuos honores á dño; ſed lucẽ quæramus: nõ lu-
cẽ quæ loco claudit̃: quæ tẽpore finitur: quæ noctiũ interruptio-
ne variatur: quæ a nobis communiter cũ pecoribus cernitur; ſed
lucẽ quęramus: quam videre cũ ſolis angelis poſſimus; quam nec
initium inchoat: nec finis anguſtat. Ad quam profecto lucẽ via fi
Textus. des eſt. Vnde recte & illuminãdo cæco protin⁹ reſpõdet̃. Reſpi
ce. Fides tua ſaluum te fecit. Sed ad hoc cogitatio carnalis dicit;
Quomodo poſſũ lucẽ ſpiritualẽ quęrere; quã videre nõ poſſũ?
Vñ mihi certũ eſt: ſi ſit quæ corporeis oculis nõ infulget? Cui ſcili
cet cogitationi eſt q̧ breuiter quiſq̧ reſpõdeat; dicẽs. Quia & hæc

ipsa quæ sentit nõ per corpus; sed per animã cogitat; & nemo suã
animam videt: nec tamẽ se dubitat animã habere quam nõ videt.
Ex inuisibili ergo anima: visibile corpus regitur. Si autem aufera-
tur quod est inuisibile; protinus corruit hoc quod visibile stare vi-
debatur. Ex inuisibili ergo substãtia in hac vita visibili viuitur: &
esse vita inuisibilis dubitatur. Sed iam petenti cæco quid factũ sit;
vel quid ipse fecerit: audiam⁹. Sequitur. ¶ Cõfestin vidit: & seque- Textus.
batur eum. ⊿ Videt & sequitur; qui bonũ quod intelligit operatᷓ.
Videt & nõ sequitur/ qui bonũ quidẽ intelligit: sed bene operari
cõtemnit. Si ergo fratres charissimi cæcitatẽ nostræ peregrinatio
nis agnoscimus; si credendo in redemptoris nostri mysteriũ iuxta
viam sedemus: si exorãdo quotidie ab autore nostro vitæ lucem
petimus. si eandem lucem iam per intellectum videndo illumina
ti post cæcitatem sumus: Iesum quem mente cernimus/ opere se-
quamur. Aspiciamus qua graditur: & eius vestigia imitando te-
neamus. Iesum enim sequitur/ qui imitatur. Huic namq; dicit. Se- Matt. viij. c.
quere me: & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Sequere Joan. xij. d.
enim dicitur. idest imitare. Hinc rursus ammonet/ dicẽs. Qui mi
hi ministrat; me sequatur. Consideremus ergo quo graditur: vt se-
qui mereamur. Ecce cum sit dominus & creator angelorum/ su-
scepturus naturam nostram; quam condidit/ in vterum virginis
venit: nasci tamen in hoc mundo per diuites noluit: parẽtes pau-
peres elegit. Vnde & cum agnus qui ꝓ illo offeretᷓ. defuit/ colũba
rum pullos & par turturũ ad sacrificiũ mater inuenit. Prosperari Christus pro
in hoc mũdo noluit: opprobria irrisionesq; tolerauit: sputa; flagel- hoibus multa
la; alapas spineam coronam: crucemq; sustinuit. Et quia rerũ cor- ta tolerauit.
poralium delectatiõe a gaudio interno cecidimus: cum qua ama-
ritudine illuc redeatᷓ ostẽdit. Quid itaq; homo pro se pati debet;
si tanta deus pro hominibus pertulit? Qui ergo in christo iam cre
dit: & adhuc auaritiæ lucra sectatur: in superbia honoris extollitᷓ:
inuidiæ facibus inardescit: libidinis se immũdicia polluit; ꝓspera
ad ea quæ in mũdo sunt concupiscit: Iesum in quo credidit: sequi
contemnit. Diuerso quippe itinere ambulat; si gaudia delectatio- Christum suo
nesq; appetit: cui dux suus viam amaritudinis ostẽdit. Reuocem⁹ itinere ambu
ergo ante oculos peccata quæ fecimus: consideremus q̃ terribilis lantes inue
iudex hæc puniturus adueniat. Mentem formemus ad lamenta. niemus.
Vita nostra ad tẽpus amarescat in pœnitẽtia: ne æternã amaritudi
nẽ sentiat in vindicta. Per flet⁹ quippe ad gaudia ducimur: verita

Matt.v.a. te pollicente: quæ ait. Beati qui lugent nam & ipsi consolabuntur. Ad fletum vero per gaudia venitur; hac eadem veritate attestãte
Luce.vi.d. quæ ait. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Si ergo retributionis gaudium in peruentione quærimus: pœnitentię amaritudinem in via teneamus. Sicq̃ fit vt non solum vita nostra in deum proficiat: sed ipsa hæc nostra conuersatio ad laudem dei: & alios accendat. Vnde & hic subditur. Et omnis plębs vt vidit; de
Textus. dit laudem deo. Tu autem domine miserere nostri.

¶ Segmentum ex euangelio Matthæi.iiij.capite.A.quod canitur dominica prima in quadragesima.



TVnc Iesus ductus est in desertum a spiritu: vt tẽtaretur à diabolo: & cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Postea esurit. Et accedens tentator; dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptũ
Deu. viij. a. est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod ꝓcedit ex ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: & statuit eum supra pinaculum templi: & dixit ei.
Psal.xc. Si filius dei es; mitte te deorsum. Scriptum est enim. quia angelis suis mandauit de te; & in manibus tollent te: ne forte offendas ad
Deu.vj.c. lapidem pedem tuum. At illi Iesus rursum. Scriptũ est. Non tentabis dominũ deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde; & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum; & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo; si cadens adoraueris me.
Deu.vj.b. Tunc dicit ei Iesus. Vade sathana. Scriptum est enim. Dominum deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. Et reliqua.

Homelia beati Gregorij pape de eadem lectione.
Habita ad populum in basilica sancti
Ioannis: quæ dicitur Constantiniana; dñica prima in.xl.

DVbitari à quibusdam solet; à quo spiritu sit iesus ductus in desertum: propter hoc quod subditur. Et assumpsit eũ diabolus in sanctam ciuitatem. & rursus: assumpsit eum in montẽ excelsum valde. Sed vere & absq̃ vlla quæstione cõuenienter accipitur: vt a sancto spiritu in desertum ductus credatur; vt illic eum spiritus suus duceret: vbi hunc ad tentãdum malignus spiritus inueniret. Sed ecce cum dicitur deꝰ homo; vel in excelsum mõtem

Iesus a spiritu sancto ductus est in desertum.

vel in sanctam ciuitatem a diabolo assumptus; mens refugit huma na: hoc audire aures expauescunt. Cui tamen non esse in credibi lia ista cognoscimus: si in illo & alia facta pensamus. Certe iniquo rum omnium diabolus caput est: & huius capitis membra sunt omnes iniqui. An nō membrū diaboli fuit Pilatus? An nō mem-bra diaboli iudæi persequentes & milites crucifigentes fuerunt? Quid ergo mirū: si se ab illo permisit in monte duci: qui se pertu-lit etiā a membris illius crucifigi? Non est ergo indignum redem-ptori nostro ꝙ tentari voluit: qui venerat occidi. Iustum quippe erat: vt sic tētationes nostras suis tentationibus vinceret; sicut mor tem nostram venerat sua morte superare. Sed sciēdum nobis est: quia tribus modis tentatio agitur; suggestione; delectatione; con-sensu. Et nos cum tentamur plærūq; in delectatione; aut etiā in cōsensu labimur: quia ex carnis peccato propagati in nobis ipsis etiam gerimus vnde certamina toleramus. Deus: vero qui in vte ro virginis incarnatus; in mundum sine peccato venerat; nil con-tradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionē potuit: sed eius mentē peccati delectatio non momordit: atq; ideo omnis illa diabolica tentatio: foris non intus fuit. Sed si ipsum ordi nem tentationis eius aspicimus: pensemus quanta magnitudine nos a tentatione liberamus. Antiquus hostis contra primum ho-minem parentem nostrum in tribus se tentationibus erexit: quia hunc videlicet gula/vana gloria/& auaricia tentauit: sed tentando superauit; quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe tentauit: cum cibum ligni vetitum ostendit: atq; ad comedendum suasit. Ex vana autem gloria tentauit/cum diceret. Eritis sicut dij. Ex prouectus auariciæ tentauit/cum diceret. Scientes bonum & malum. Auaricia enim non solum pecuniæ est: sed etiam altitudi nis. Recte enim auaricia dicitur: cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad auariciam honoris rapina pertineret: ne quaq; Paulus de vnigenito dei filio diceret. Nō rapinā arbitratus est esse se æqualem deo. In hoc ergo diabolus parentē nostrum ad superbiam traxit/ꝙ eum ad auariciam sublimitatis excitauit. Sed quibus modis primum hominem strauit: eisdem modis scd'o ho-mini tentato succubuit. Per gulam quippe tentat; cum dicit. Dic vt lapides isti panes fiant. Per vanam gloriam tētat; cum dicit. Si filius dei es: mitte te deorsum. Per sublimitatis auaritiam tētat; cum regna omnia mundi ostendit dicens. Hæc omnia tibi dabo; si pro

Pilatus fuit membrū diaboli.

Tētatio triplicit agitur.

Adam tripliciter tentatione tētatus fuit.

Gene. iij. a.

Ad philipē. ij. a.

ci dens adoraueris me. Sed eisdem modis a secũdo homine vincitur: quibus primũ hominẽ se vicisse gloriabatur: vt a nostris cordibus ipso aditu captus exeat: quo nos aditu intromissus tenebat. Sed est aliud fratres charissimi qđ in hac tentatione dñica cõsiderare debeamus: quia tentatus a diabolo dñs sacri eloquij præcepta respõdit: & qui eo verbo qđ erat: tẽtatorem suũ mergere in abyssum poterat; virtutem suæ potentiæ non ostendit; sola diuinæ scripturæ præcepta edidit; quatenus nobis suæ patiẽtiæ preberet exẽplum: vt quoties a prauis hominibus aliquid patimur: ad doctrinam potius excitemur q̃ ad vindictam. Pensate quanta est patiẽtia dei; quanta impatientia nostra. Nos si iniurijs aut aliqua læsione prouocamur furore permoti: aut quãtum possumus nosmetipsos vlciscimur: aut qđ non possumus facere minamur. Ecce aduersitatem diaboli dñs pertulit; & nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portat: quem punire poterat: vt hoc in laudem ei9 altius cresceret; si hostem suum non extinguendo; sed interim patiendo superaret. Notandum vero qđ subditur: quia recedẽte diabolo angeli ministrabant ei. Ex qua re quid aliud q̃ vnius personæ vtraq3 natura ostenditur: quia & homo est quem diabolus tentat; & idem ipse deus est cui angeli ministrant. Cognoscamus ergo in eo naturã nostrã: quia nisi hunc diabolus hominem cerneret; nõ tẽtaret. Veneremur in illo diuinitatẽ suã: qa nisi sup oĩa de9 existeret; ei nullo modo angeli ministrarẽt. Sed qa diebus his quadragesimæ lectio cõgruit; nã quadraginta dierũ abstinẽtiã nostri redemptoris audiuimus/ qui quadragesimæ tẽpus inchoamus; discutiẽdũ nobis est: cur hæc ipsa abstinẽtia p quadraginta dierũ numerũ custoditur. Moyses eñ vt legẽ acciperet scđo; quadraginta diebus ieiunauit. Helias in deserto quadraginta diebus abstinuit. Ipse autor hominũ ad hoĩes veniẽs: in quadraginta diebus nullum omnino cibũ sumpsit. Nos quoq3 in quãtũ possumus; annuo quadragesimę tpe carnẽ nostrã per abstinẽtiã affligere conemur. Cur ergo in abstinẽtia quadragenari9 numer9 custodit: nisi quia virt9 decalogi p libros quattuor sancti euãgelij implet: Denari9 eñ numer9 quater duct9; in quadragenariũ surgit: qa tũc decalogi mãdata perficim9; cũ pfecto quattuor libros sancti euãgelij custodim9. Ex qua re sentiri & aliud potest. In hoc eñ mortali corpore ex quattuor elementis subsistimus: & per voluptates eiusdem corporis præceptis dominicis contra imus. Pręcepta autem domini-

Homines vt plurimũ sunt impatientes.

Quadragesima quare est in abstinentia quadraginta dierum.

Exodi. xxxiiij. D.

iij. re. xix. b.

ca per decalogũ sunt accepta. Qui ergo per carnis desideria decalogi mãdata contẽpsimus: dignũ est vt eandẽ carnẽ quaterdecies affligamus. Quãuis de hoc quadragesimali tempore/ est adhuc aliud quod possit intelligi. A præsenti etenim die vsq; ad paschalia solemnitatis gaudia: sex hebdomadæ veniũt: quarũ videlicet dies quadraginta & duo fiũt. Ex quibus dum sex dies dñici abstinẽtiæ subtrahũtur: non plus in abstinẽtia q̃ triginta & sex dies remanẽt Dum vero p trecẽtos & sexaginta quinq; dies annus dicitur; nos autẽ per triginta & sex dies affligimur/ quasi agni nostri decimas deo damus: vt qui nobismetipsis per acceptum annũ viximus: auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam magnificemus. Vnde fratres charissimi; sicut offerre in lege iubemini decimas rerum: ita ei contendite offerre & decimas dierũ. Vnusquisq; in quantum virtus suppetit: carnem maceret. eiusq; desideria affligat/ cõcupiscentias turpes interficiat; vt iuxta Pauli vocem hostia viua fiat. Hostia quippe & immolatur & viua est: quãdo & ab hac vita homo non deficit; & tamẽ se a carnalibus desiderijs occidit. Caro nos læta traxit ad culpam: afflicta reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostræ p fructũ ligni vetiti; vitæ præcepta trãsgressus est. Qui ergo á paradisi gaudijs per cibũ cecidim⁹; ad hæc in quãtum possimus per abstinentiam resurgamus. Sed nemo sibi eandem abstinãtiam solam credat posse sufficere: cum per prophetã dominus dicat. Nonne hoc est maius ieiunium quod elegi: subijciens: Frange esurienti panẽ tuum: & egenos vagosq; induc in domũ tuã. Cũ videris nudum operi eũ: & carnẽ tuã ne despexeris: Illud ergo ieiuniũ deus approbat: quod ad eius oculos man⁹ eleemosinarũ leuat: quod cũ proximi dilectione agitur/ quod ex pietate cõditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis; alteri largire: & vnde tua caro affligitur; inde egentis proximo caro reparetur. Hinc etenim per prophetã dñs dicit. Cũ ieiunaretis & plãgeritis; nunquid ieiuniũ ieiunastis mihi? Et cũ comedistis & bibistis: nunquid non vobis comedistis: & vobismetipsos bibistis? Sibi enim comedit & bibit; qui alimenta corporis quæ sunt communia dona conditoris sine indigentibus percipit. Et sibi quisq; ieiunat; si ea quæ sibi ad tempus subtrahit/ non pauperibus tribuit; sed ventri postmodum offerẽda custodit. Hinc per Iohelem dicitur. Sanctifica te ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est; adiunctis bonis alijs dignã deo abstinentiam carnis ostendere. Cesset ira; sopiantur iur-

Leui. xxvij.
Decimas re rum & dierũ debem⁹ offer
Esa. lviij. d.
Zach. vij.
Iohel. j. et

gia. Incassum em̄ caro atteritur: si á prauis suis voluptatibus animus non refrenatur: cū per prophetā dn̄s dicat. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur volūtas vestra: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & cōtentiones ieiunatis: & percutitis pugno impie. Neq; enim qui á debitore suo hoc quod dedit repetit/aliquid iniustū facit: sed dignū est vt vnusquisq; se in pœnitētia macerat: etiā hoc quod sibi iuste cōpetit interdicat. Sic & nobis afflictis & pœnitentibus; á deo dimittitur; quod iniuste egimus; si pro amore illius; & hoc quod nobis iuste competit; relaxamus.



Segmentū ex euangelio Matthæi. xv. cap. littera. B. quod canitur dominica. ij. in quadragesima.



IN illo tēpore. Egressus inde iesus, secessit in partes tyri & sidonis. Et ecce mulier Chananea a finibus illis egressa clamauit: dicēs ei. Miserere mei dn̄e fili Dauid; filia mea male a dęmonio vexatur. Qui nō respondit ei verbū. Et accedens discipuli eius/rogabāt eum dicētes. Dimitte eā: quia clamat post nos. Ipse aūt respondens; ait. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus israel. At illa venit; & adorauit eum dicēs. Dn̄e adiuua me. Qui respondens; ait. Non est bonū sumere panē filiorū: & mittere canibus. At illa dixit. Etiā dn̄e: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus: ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ presbyteri.

AVdiuit vr̄a dilectio in presenti sancti euangelij lectione; de domini nostri mirabilibus enunciantē atq; canentem euangelistam. Et egressus inde Iesus secessit in partes tyri & sidonis. Omnis enim lex diuinitus inspirata semper vtilis est ad docendū; ad audiendum; ad intelligendum. Ergo si omnis lex diuinitus inspirata: á qua prophetæ & apostoli fuerunt per spiritum sanctum locuti in omnibus animæ nostræ vtilis est: quātomagis q́ ipse dominus noster per seipsum nobis ostendit? Ergo egressus inde Iesus/abijt in partes tyri & sidonis: idest reliquit iudæos: & venit ad gentes. Quos reliquit: remanserunt in perditione. ad quos venit: de perditione salui facti sunt. Egressa mulier clamauit dicēs. Miserere mei domine fili Dauid. O magnū mysterium: dn̄s egressus est á iudeis; & mulier egressa est a finibus suis. Ille reliquit iudæos

Lex diuinitus inspirata ad quid vtilis est.

& illa mulier reliquit idolatriã & cõuersationẽ pessimã. quod illi perdiderunt; ista inuenit: quem illi in lege negauerãt: ista per fidẽ cõfessa est. Mulier hæc mater est gẽtiũ; quæ ex fide christũ cognouit. Pro filia itaq; sua: idest populo gentiũ dominum deprecatur. quia errãdo per idolatrias & peccata diuersa; male a dęmonio vexabatur. Ergo hæc mulier pro filia: idest pro ecclesia gẽtiũ rogat.

Mulier chananea mater est gentium.

Qui non respondit ei verbũ. Nõ quia nolebat dñs curare eam: sed vt maiorẽ fidem & humilitatem eius ostenderet. Nam & discipuli cõmoti misericordia: rogauerunt dñm dicẽtes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Quibus respondit. Nõ sum missus nisi ad oues perditas domus israel. Hinc iam ad cumulũ iudęorum: vt nulla sit eis in die iudicij excusatio: dicẽtibus; quia plus ad gentes q̃ ad nos voluit venire. Ecce iudæis negantibus: mulier gentilis rogat sanitatem filiæ suæ. Sed dominus excusat: & iterum procidit: & adorat: dicens. Domine: adiuua me. Cui iterũ dominus ait. Non est bonũ sumere panẽ filiorum: & mittere canibus. Quid ad hæc dicturi sunt iudæi: Ecce illos filios dixit: & gẽtes canes appellauit. Et iterum mulier cõsentiens saluatori ait. Etiam dñe. Hoc est scio domine; quia populus gẽtium canes sunt idolis seruiẽdo: & cõtra deum latrãdo. Sed & catelli edunt de micis: quæ cadunt de mẽsa dñorum suorum. Idest venisti ad iudæos: & teipsum eis exibuisti: & non te recipere voluerũt. Certe vel q̃d illi repulerũt: hoc nobis petentibus dona. Cuius dominus noster importunam fidem cognoscens: ait. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Accepit fides: q̃ opera nõ merentur. Gentes per fidem de canibus sunt fili effecti: dicente domino per prophetam. Vocabo nõ plebem meam: plebem meam. & non dilectam meam: dilectã meam. Erit enim in loco; vbi vocabuntur filij dei viui. Et cõtrario non recipientes iudæi de filijs canes odibiles effecti sunt. Sicut ipse dominus in passione sua loquitur per prophetam dicens. Circundederunt me canes multi: tauri pingues obsederunt me. Vnde dilectissimi nobis cognouimus: de quo ad quid peruenimus: non aliud sapiamus: sed semper & sine cessatione dominũ timeamus: Nam si peccauerimus: quia naturalibus ramis nõ pepercit: ne forte nec nobis parcat. Dicente domino. Ecce sanus effectus es: iam noli peccare: ne quid deterius tibi aliquid cõtingat. Quia omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt recipiat vnusquisq; secundum quod gessit: siue bona: siue etiam mala.

Gentes per fidẽ de canibus sunt effecti filij.

Ad ro. xi. c.

Psal. xxi.

Joan. v. c.

ij. corin. v. b.

Segmentum ex euangelio Luce. xi. capite. littera. B.
Quod canitur dominica tertia in quadragesima.

Illud erat mutum & locutus est mutus: grece est illud erat surdũ & locutus est surdus. Itẽ omne reg. &c. grece est desolatur & cadit de presenti: & non de futuro desolabit. Si aũt et sathanas in se ipsum diuisus est. dicit valla in se ipso diuisus est vel super se ipsum.



ET erat iesus eijciens dęmonium: & illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium; locutus est mutus; & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe dęmoniorũ eijcit dæmonia. Et alij tentantes; signum de cœlo quęrebãt ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum; dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum; desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autem & sathanas in seipsum diuisus est; quomodo stabit regnum ei⁹: quia dicitis in beelsebub me eijcere demonia? Si autem ego in beelzebub eijcio dęmonia: filii vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eijcio dęmonia; profecto peruenit in vos regnum dei. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

DAemoniac⁹ iste apud Matthęum: nõ solum mutus; sed & cęcus fuisse narratur: curatusq; dicitur á domino: ita vt loqueretur & videret. Tria generalia signa simul in vno homine perpetrata sunt: cæcus videt: mutus loquitur: possessus a dæmone liberatur. Quod & tũc quidem carnaliter factum est: sed & quotidie completur in cõuersione credẽtium: vt expulso primũ demone; fidei lumen aspiciat: deinde ad laudes dei tacentia prius ora laxentur. Quidam autem ex eis dicebãt. In beelzebub principe dęmoniorum eijcit dæmonia. Nõ hoc aliqui de turba; sed pharisæi calumniabantur & scribæ; sicut alij euangelistę testantur. Turbis quippe quæ minus eruditę videbantur; domini semper facta mirantibus; illi cõtra vel negare hæc, vel quæ negare nequiuerãt: sinistra interpretatione peruertere laborabãt: quasi hæc nõ diuinitatis; sed immũdi spiritus opera fuissent. idest beelzebub: qui de⁹ erat accarõ. Nam beel quidem ipse est baal: zebub aũt musca vocatur. Nec iuxta quædã mẽdosa exemplaria. l. littera; vel d. in fine dictionis legẽda est; sed. b. Beelzebub ergo baal muscarum. idest deus muscarum: siue habẽs muscas interpretatur: ob sordes; videlicet immolaticij cruoris: ex eius spurcissimo ritu; vel nomine principem dęmoniorũ cognominabãt. Et alij tentantes: signũ de cœlo quærebant de eo. Vel in morẽ Eliæ ignẽ de sublimi venire cupiebãt: vel i similitudinẽ Samuelis tẽpore ęstiuo mugire tonitrua/

Beelzebub muscarũ deus

coruscare fulgura/imbres ruere:quasi nõ possent & illa calũniari & dicere:ex occultis & varijs aëris passioib⁹ accidisse. At tu q calũniaris ea quæ oculis vides/manu tenes/vtilitate sentis:qd facies de his quæ de cœlo venerint? Vtiq; respõdebis:& magos in ægypto signa multa fecisse de cœlo. ¶Ipse autẽ vt vidit cogitationes eorũ dixit eis. Omne regnũ in seipsum diuisum dissolabitur: & domus supra domũ cadet. ¶Nõ ad dicta/sed ad cogitata respõdit; vt vel sic cõpellerẽtur credere potẽtiam eius:qui cordis videbat occulto. Si aũt omne regnũ in seipsum diuisum desolatur: ergo patris & filij & spũs sancti regnũ nõ est diuisum:qd sine vlla cõtradictiõe nõ aliquo vnq̃ poterit labefactari impulsu. Si vero sanctæ & indiuiduę trinitatis indiuiduũ (immo quia indiuiduũ) manet regnũ: desistãt arriani minorẽ patre filiũ/minorẽ filio spũm sanctũ dicere: qa quorum vnũ est regnũ:horũ est & vna maiestas. Si aũt & sathanas in seipsum diuisus est:quõ stabit regnũ ipsius: quia dicitis in beelzebub me eijcere dæmonia? Hæc dicẽs ex ipsoꝝ cõfessiõe volebat intelligi:φ in eum nõ credendo/in regno diaboli esse delegissent qd vtiq; aduersum se diuisum stare nõ posset. Eligant ergo pharisei quid voluerint Si sathanas sathanã nõ potest eijcire: nihil contra dñm qd dicerẽt:inuenire potuerũt. Si aũt potest: multo magis sibi prospiciãt & recedãt de regno ei⁹; quod aduersum se diuisum stare nõ potest. In quo aũt dñs nr̃ iesus xp̃s eijciat dæmones: ne dęmonioꝝ principẽ existimẽt, attendãt qd sequitur. ¶Si autẽ ego in beelzebub eijcio dæmonia/filij vr̃i in quo eijciũt? Ideo ipsi iudices vestri erũt. ¶Dixit vtiq; hoc de discipulis suis illius filijs populi:qui recte dñi discipuli iesu xp̃i/bene sibi conscij erãt:nihil se malarũ artiũ a bono magistro didicisse:vt in principe dæmoniorum eijcerent dæmones:ideo inquit ipsi iudices vestri erũt. Ipsi inquit: ipsi ignobilia & contemptibilia huius mũdi: in quibus non artificiosa malignitas:sed sancta simplicitas meæ virtutis apparet: ipsi testes mei/iudices erunt vestri. Aliter. Filios etiã iudeoꝝ exorzistas gẽtis illius ex more significat;qui ad inuocationẽ dei eijciebãt dæmones. Et coarctat eos interrogatione prudẽti:vt confiteantur spiritussancti esse opus. Quod si expulsio (inquit) dæmonũ in filijs vestris deo/nõ dęmonibus deputatur;quare idem in me opus nõ eandem habeat causam? Ergo ipsi iudices vestri erũt nõ potestate, sed cõparatiõe:dum illi expulsionẽ dæmonum deo assignãt: vos beelzebub pricipi demonioꝝ. Porro si in digito dei eijcio dæ

Arriani confutantur.

monia: profecto peruenit in vos regnum dei. Iste est digitus quē
Exod. viij. c. & cōfitentur magi qui contra Moysen & Aaron signa faciebāt/
dicentes; digitus dei est iste; quo & tabulæ lapideæ scriptę sunt in
monte Sinai. Igitur manus & brachiū dei filius est/& digitus eius
spūssanctus. Patris & filij & spiritussancti vna substantia est. Non
te scādalizet membrorum inęqualitas; cum ædificet corporis vni-
tas. Aliter. Digitus dei vocatur spiritussanctus: propter partitionē
donorum quæ in eo dantur vnicuiq; propria; siue hominum; siue
In nullis mēbris magis apparet partitio q̄ in digitis. angelorꝝ. In nullis enim mēbris nostris magis apparet partitio q̄
indigitis. Quod autem dixit: peruenit in vos regnum dei: regnū
dei nūc dicit quo dānantur impij: & a fidelib⁹ de peccatis suis pœ-
nitentiam nūc agentibus secernūtur. Cum fortis armatus custo-
dit atrium suum/in pace sunt ea quę possidet. Fortē diabolum/
atriū vero illius mundi qui in maligno positus est: appellat: in quo
vsq; ad saluatoris aduētum male parto potiebatur imperio; quia
in cordibus infideliū sine vlla cōtradictione quiescebat. Vnde &
Ioā. xiiij. d. alibi princeps mundi vocatur; dicente dño. Venit enim princeps
Ioan. xij. e. mūdi huius: & in me nihil inuenit. Et iterū. Nunc princeps huius
mūdi eijcietur foras. De qua hic eiectione subiūgitur. Si autē for-
tior illo supueniēs vicerit eū; vniuersa arma eius auferet: in quib⁹
cōfidebat; & spolia eius distribuet. De seipso quippe loquitur q
non cōcorde fallax operatiōe: quēadmodum calūniabantur; sed
fortiori potentia victor homines a dæmonio liberaret. Arma in
quibus male fortis ille confidebat; astutiæ doliq; sunt nequitiæ spi
ritualis. Spolia vero eius/ipsi homines sunt ab eo decepti: quæ vi-
ctor christus distribuit: quod est insigne triūphantis. Qui captiuā
duxit captiuitatē/dedit dona hominibus. Quosdam quidē Apo
stolos/alios Euangelistas/hos Prophetas/illos pastores ordinans
& doctores. Qui non est mecū aduersum me est: & qui nō colli-
git mecum/dispergit. Non putet quisq; de hereticis hoc dictum
& schimaticis: q̄q̄ & ita ex superfluo possit intelligi: sed ex sequen
tibus textuq; sermonis ad diabolū refertur: & q non possūnt ope
Opera saluatoris a beelzebub diuersa. ra Saluatoris/ Beelzebub operibus cōparari. Ille cupit aïas hoīm
tenere captiuas: dñs liberare. Ille prædicat idola: hic vni⁹ Dei no-
ticiam. Ille trahit ad vitia: hic ad virtutē reuocat. Quō ergo pos-
sunt habere cōcordiā inter se: quorꝝ opera diuisa sūt: Cum immū
dus spūs exierit ab homine/ambulat per loca inaquosa. Quāuis
simpliciter intelligi possit dominū hæc ad distinctionē suorum &

sathanæ operum adiunxisse: q scilicet ipse semper polluta munda re: sathanas vero mundata grauioribus festinet attaminare sordibus: tamen de hæretico quolibet vel schimatico; vel etiam malo catholico potest non incõuenienter accipi. De quo tẽpore baptismatis spiritus immũdus qui in eo prius habitauerat: ad confessionem catholicæ fidei abrenunciationẽq; mundanæ conuersatiõis eijciatur: locaq; inaquosa peragret, idest corda fideliũ quæ a mollicię fluxæ cogitationis expurgata sint; callidus tentator exploret si quos ibi forte suæ nequiciæ gressus figere possit. Sed bene dicit; quęrens requiem & non inueniens: quia castas mentes effugiens: in solo diabolus corde prauorum gratã sibi potest inuenire quietẽ. Vnde & de illo domin⁹. Sub vmbra (inquit) dormit in secreto calami/in locis humentibus. In vmbra/videlicet tenebrosas conscientias: in calamo: qui foris nitidus/intus est vacuus/simulatrices: in locis humẽtibus/lasciuas mollesq; mẽtes insinuans. Tunc dicit reuertar in domum meã vnde exiui. Timendus est iste versiculus/nõ exponendus: ne culpa quam in nobis extinctam credebamus/per incuriam nos vacãtes opprimat. Et cum venerit inuenit scopis mũdatam (hoc est) gratia baptismatis a peccatorum labe castigatam: sed nulla boni operis industria cumulatã. Vnde bene Matthæus hanc domum vacantem/ scopis mũdatam/ atq; ornatam dicit inuentam: mũdatam/ videlicet a vitijs pristinis per baptismum: vacãtem/ a bonis actibus per neglig ẽtiam: ornatam simulatis virtutib⁹ per hypocrisim. Et tũc vadit & assumit septẽ alios spiritus nequiores se: & ingressi habitãt ibi. Per septem alios spiritus vniuersa vitia designat. Quęcumq; enim post baptismũ siue prauitas hęretica/seu humana cupiditas arripuerit: mox omnium prosternet in ima vitiorum. Vnde recte nequiores tunc eũ spiritus dicũtur ingressi: quia non solum habebit illa septem vitia: quæ septem spiritualibus sunt cõtraria virtutibus: sed per hypocrisim/ipsas se virtutes habere simulabit. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Melius est enim viam veritatis non agnoscere: q̃ post agnitionẽ retrorsum cõuerti. Quod in iuda traditore/vel in simone mago: ceterisq; talibus specialiter legim⁹ impletũ. Quo autẽ hæc parabola generaliter tendat: ipse scd'm matthæum saluator exposuit: vbi ea terminata mox subdidit/dicens. Sic erit & generationi huic pessimæ: idest; qđ de vno quolibet specialiter geri solere narraui; hoc ĩ tota generaliter hui⁹ populi gẽte

Job.xl.c.

Textus.

Textus.

Matt.xij.e.

Textus.

Septem spiritus vniuersa vitia designant.


Textus.

Melius est nõ agnoscere viã veritatis quã post agnitã retrouerti.

geri non desinit. Immũdus quippe spũs exiuit a iudæis: quando acceperũt legẽ: & ambulauit per loca arida/quærẽs sibi requiem expulsus videlicet a iudęis ambulauit per gẽtiũ solitudines. Quæ cum postea domino credidissent/ille non inuento loco in nationibus dixit. Reuertar in domum meam pristinã vnde exiui: habeo iudæos quos ante dimiseram. Et veniens (inquit) inuenit vacantem & scopis mundatam. Vocabat enim templum iudæorũ: & Christum hospitem nõ habebat: dicentem. Dimittetur vobis domus vestra deserta. Quia igitur dei & angelorum præsidia nõ habebant: & onerati erant superfluis obseruationibus pharisæorũ: reuertitur ad eos diabolus: & septenario sibi numero dæmonum addito: habitat pristinam domum: & fiunt posteriora hominis illius peiora prioribus. Multo enim nunc maiore dæmonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum: q̃ in egypto possessi fuerãt ante legis noticiam. Quia aliud est venturum non credere: aliud eum nõ suscepisse cum venerit. Septenarium autem numerum adiunctum diabolo: vel propter sabbatum intellige/vel propter numerum spiritussancti. Vt quomodo in Esaia per virgam de radice iesse; & florem qui de radice ascendit: septem spiritus virtutum descendisse narrãtur: ita & cõtrario vitiorum numerus in diabolo consecratus sit.

Matt.xi.c. — Esa.xi.a.

Segmentum ex euangelio Ioannis, capite.vi. littera. A. quod canitur dominica quarta quadragesimæ.



In illo tẽpore. Abijt iesus trãs mare Galilęę quod est tyberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna: quia videbãt signa quę faciebat super iis qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus iudæorum. Cum sublevasset ergo oclos Iesus/& vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: dicit ad Philippum. Vnde ememus panes/ vt manducẽ hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis/vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic qui habet quinq; panes ordiaceos/& duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo vi-

Accepit Jesus panes: et cum gratias egisset distribuit discumbentibus. Dicit Laurē. q̄ta apud Joannem q̄ apud ceteros euangelistas scđa narratur grece. Accepit autē panes Jesus & vbi gratias egisset tribuit discipulis: et discipuli discumbentibus.

ri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo iesus panes: & cũ gratias egisset: distribuit discumbẽtibus Similiter & ex piscibus quãtum volebant. Vt autem impleti sunt; dixit discipulis suis. Colligite quę superauerunt fragmenta: ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum; ex quinq; panibus ordeaceis & duobus piscibus: quæ superauerũt ijs qui mãducauerant. Illi ergo homines cũ vidissẽt q; iesus fecerat signum/ dicebant: quia hic est vere propheta; qui venturus est in mundũ. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ presbyteri.

QVi signa & miracula domini ac saluatoris: recte cũ m legũt, vel audiunt accipiunt: nõ tam in his quid foris stupẽãt attẽdunt: q̃ quid horũ exẽplo ipsi intus agere: quid in his mysticum perpẽdere debeãt; inspiciunt. Ecce eñ appropinquãte pascha die festo iudęoꝝ: sequentem se multitudinẽ dñs verbo salutis: pariter & ope curatiõis erigebat. Nam (sicut alius euangelista scribit) loquebatur illis de regno dei; & eos qui cura indigebãt; sanabat: eandẽq; doctrina & sanatiõe cõpleta; paucis de cibarijs abũdãtissime refecit. Et nos ergo fratres charissimi: huius rei exẽplo imitatores facti; appropinquante pascha die festo nostrę redẽptionis; adiũcta fratrũ caterua dominũ toto corde sequamur: quo actionũ itinere ingressus sit diligentissime contemplemur: vt vestigia eius sequi mereamur. Qui eñ dicit se in christo manere: debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare. Quicquid in nobis imperitiæ nocentis inesse deprehend[illegible]imus; crebra verbi illius auditione tergamus; Quicqd vitij tentãtis morbi; videlicet spiritualis nos interius vastare senserimus: solito pietatis illius munere postulemus emundari. Sed si ei vnitos nos cœlestis vitæ dulcedine cõspexerim⁹: ei⁹ gratiam flãgitemus: vt necessariæ nos cõpunctionis & cæterarũ virtutum spiritualium donis satiare dignetur: quatenus tempore sacrosanctę resurrectionis illi⁹; interius exterius'q; decẽter ornati; sacramenta nostræ salutis puro corpore simul & corde sumamus. Verũ qa breuiter ista prelibauim⁹ libet diligẽtius totã sacræ seriẽ lectiõis intueri: & quicqd in ea mysticũ indagare valem⁹: vestrę pãdere charitati. Abijt iesus trãs mare galileæ quod est tyberiadis. Primo dicẽdũ est iuxta historiã: quia mare galileæ qđ multis pro diuersitate circũiacentium regionum vocabulis distinguitur: illis tñ in locis tyberiadis vocatur; vbi apud tyberiadẽ ciuitatem aquis

(vt aiunt)calidis salubrem habitationem premonstrat. Si quidem interfluente iordane duo de viginti passuum millibus in longum: & quinq; extenditur in altū. Mystice autē mare turbida ac tumē tia huius sæculi volumina significat: in quibus praui quilibet iniu ste delectati: quasi profundis dedit pisces; mētem ad superna gau; dia non intendunt. Vnde bene idem mare galileę; idest Rotaco gnominatur; quia nimirum amor labentis sæculi quasi in vertigi nem corda mittit: quæ ad perennis vitæ desideria erigi non per mittit. De quibus psalmista. In circuitu(inquit)impij ambulant. Sed abeuntē trans mare galileæ iesum multitudo maxima seque bat: quæ doctrinæ sanationis & refectionis ab eo cœlestis summa munera perciperet: quia priusq; dominus in carne appareret; sola illum gens iudæa sequebatur credendo. Postq; vero per incarna tionis suæ dispensationem fluctus vitæ corruptibilis adijt; calcauit transijt: maxima mox eum multitudo credētium secuta est natio num; spiritualiter instruit; sanari ac satiari desiderans: & cū psalmi sta deprecans. Domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam. Miserere mei dñe qm̄ infirmus sum; sana me dñe qm̄ con turbata sunt ossa mea. Et iterum de percipiēdis ab eo vitæ ꝑpetuę alimentis cōfisa. Dñs(inquit)pascit me: & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. ꝙ autē subiēs in montē iesus ibi sedebat cū discipulis suis: sed veniente ad eū multitudine ascēdit; atq; hanc in superiorib9 reficit; quā in inferioribus pauloante curauerat: ne quaq; frustra factū credamus; sed ad significandum mystice; quia doctrinā & charismata sua iuxta percipiētiū capacitatē distribuit. Infirmis quidem adhuc mentibus ac paruulis spiritu simpliciora credēs sacramēta: celsioribus aūt quibusq; & perfectioribus sensu secretiora suæ maiestatis arcana reserās: arctiora deuotæ cōuersa tionis itinera suggerens: & alteriora premiorū cœlestiū dona pro mittens. Deniq; cuidam sciscitanti: quid faciens vitā æternā possi deret: quasi inferius adhuc posito: communia suæ dona largitatis impedit: dicens. Non occides; nō mœchaberis; non furtū facies; non falsum testimonium dices; honora patrem tuum & matrem: Cui postmodum maiora quærēti; & velut ad montem virtutum ascendere cupienti. Si vis(inquit) perfectus esse valde; vende om nia que habes; & da pauperibus: & habebis thesarum in cœlo: & veni: sequere me. Cuius discretionem moderaminis: non solum per se dominus in carne docens exhibuit; verum nunc quoq; per

Mare quid mystice significat.

Mare gali. rotacognominatur.

Psal. xj.

Psal. clxvij.

Psal. vj.

Psal. xxij.

Doctrinam & charismata sua iuxta percipientium capacitatem distribuit deus.

Matt. xix.

verbi sui ministros exhibere non cessat. Vnde de eisdẽ sub vnius boni serui persona testatur: quia dare debeant conseruis in tempore tritici mensuram. idest: pro captu audientium oportune & mẽsurate verbi dapes suggererere. Qđ vero appropinquante pascha dñs turbas docet; sanat & refecit: possumus ita mystice interpretari, quia pascha transitus dicitur. Et quoscũq; dñs interna munerũ suorũ suauitate recuperat/ ad salubrẽ ꝑfecto transitũ præparat: vt carnis videlicet cõcupicentias mẽtis sublimitate trãscendãt: infirma mũdi desideria; prospera pariter & aduersa; cœlesti spe & amore cõculcẽt: & si necdum anima vel carne ad superna valeãt pertingere: quia hoc nimirum in futuro promittitur: quicquid tamen carnale; quasi altum complecti cõspiciunt; cõparatione æternorum quasi nihilum despiciant: iuxta exemplũ illius qui videns impiũ super exaltatũ & eleuatũ super cedros libani; trãsĳt tẽporalia cõtemplãdo: & quasi non esse videbat; quem cito tollendũ prę uidebat. q ssubleuasse oculos iesu; & veniẽtem ad se multitudinem vidisse perhibetur: diuinæ pietatis indicium est: quia videlicet cũctis ad se venire cupiẽtibus; gratia misericordię cœlestis occurrere consueuit. Et ne quęrendo errare possint; lucẽ sui spiritus aperire currentibus solitus est. Nã q oculi iesu dona spiritus eius mysticæ designẽt: testatur in apocalypsi ioãnes; qui figurate loquẽs de illo. Et vidi (inquit) agnũ stantẽ tanq occisum; habẽtẽ cornua septem; Apo.v.b.
& oculos septẽ: q sunt septẽ spũs dei; missi in omnẽ terrã. Qđ tentans Phippipũ dñs: ⌈Vnde (inquit) ememus panes; vt mãducent Textus.
hi:⌋ Prouida vtiq; dispensatione facit. nõ vt ipse quæ nõ nouerat discat; sed vt philippus tarditatẽ suę fidei quã magistro sciẽter ipse nesciebat; tentatus agnoscat: & miraculo facto castiget. Neq; enim dubitare voluerat pręsente rerum creatore: qui eduxit panem de terra/ & vinũ letificans cor hominis; paucoꝝ denariorum panes sufficere turbarum milibus non paucis: vt vnusquisq; sufficienter acciperet / & iam saturatus abiret. Quinq; autem panes quibus multitudinem populi saturauit / quinq; sunt libri Moysi: quibus spirituali intellectu patefactis; & abundatione iam sensu multiplicatis: auditorum fidelium quotidie corda reficit. Qui bene ordeacei fuisse referuntur: propter nimirum austeriora legis ædita/ & tegimina litteræ grossiora: quæ interiorem spiritualis sensus quasi medullam cælebrãt. Duo autem pisces quos addidit/ psalmistarum non inconuenienter & prophetarũ scripta significãt: quorũ

vnũ canẽdo/alterũ alloquẽdo suis auditoribus/futura christi & ecclesiæ sacramenta narrabant. Et bene per aquatilia animantia / figurãtur illius æui præcones: in quo populus fideliũ sine aquis baptismi viuere nullatenus posset. Puer qui quinq; panes & duos pisces habuit: nec tamen eos esurientibus turbis distribuit; sed dño distribuẽdo obtulit: populus est iudæorum litterali sensu puerilis: qui scripturarũ dicta clausa secum tenuit: quæ tamen dñs in carne apparens accepit / & quid intus haberent vtilitatis; ac dulcedinis ostendit: & q̃ multiplici spiritus gratia / quæ pauca ac despecta videbantur exuberent: patefecit: & hæc per apostolos suos apostolorũq; successores; cunctis nationibus ministranda porrexit. Vnde bene alij ferũt euangelistæ: quia panes & pisces dominus discipulis: discipuli autem ministrauerunt turbis. Cum enim mysteriũ humanæ suauitatis initium cepisset enarrari per dñm; ab eis qui audiuerunt; in nos confirmatum est. Quinq; siquidem panes & duos pisces fregit / & distribuit discipulis suis: quãdo apparuit illis sensum / vt intelligerent omnia: quę scripta sunt in lege moysi & prophetis & psalmis de ipso. Discipuli apposuerunt turbis: quando profecti prædicauerunt vbiq; dño cooperante; & sermone cõfirmante sequentibus signis. Fœnum in quo discũbens turba reficitur / concupiscentia carnis intelligitur: quã calcare & premere debet omnis qui spiritualibus alimentis satiari desiderat; Omnis enim caro fœnum / & omnis gloria eius tanq; flos fœni. Discumbãt ergo super fœnũ; vt florem fœni conterat / idest: vt castiget corpus suũ & seruituti subijciat; voluptates carnis edomet / luxuriæ fluxa restringat. Quisquis panis viui cupit suauitate refici: quisquis superne gratiæ dapibus renouari amat: ne infima vetustate deficiat; caueat. Quinq; milia viri qui manducauerũt: perfectionem eorũ qui verbo vitæ reficiuntur: insinuãt. Virorum quippe nomine; solent in scripturis perfectiores quinq; figurari: quos fœminea mollicies nulla corrumpit: quales cupit eos esse; quibus dicit apostolus. Vigilate; state in fide: viriliter agite & confortamini. Millenarius autem numerus vltra quem nulla nostra computatio succrescit: plenitudinẽ rerum (de quibus agitur) indicare consueuit. Quinario vero numero: quinq; notissimi corporis nostri sensus exprimũtur; visus videlicet auditus: olfactus: gustus: & tactus. In quibus singulis: quinq; viriliter agere & confortari satagunt: sobrie & pie & iuste viuẽdo; vt cœlestis sapientiæ mereamur dulce

Esa. xl. b. (margin, beside "bet omnis qui spiritualibus")

i. Cor. xvi. c. (margin, beside "narius autem numerus")

dine recreari: hi nimirum quinque milibus virorum quos dñs mysticis dapibus saciauit: figurantur. Nec prætereundum / q̄ refecturus multitudinē gratias egit. Egit quippe gratias: vt & nos doceret de præceptis cœlitus muneribus gratias semper agere: & ipse quātū de nostris perfectibus gratuletur; & de nostra spirituali refectione gaudeat: insinuaret. Vultis etenim nosse fratres; quantū nostræ congaudeat saluti? Narrat Euangelista Lucas dedisse eum discipulis potestatem calcandi supra omnem virtutē inimici: eorūque nomina scripta indicasse in cœlis / & statim infert. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto: & dixit. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ: quia abscondisti hæc á sapiētibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Claret ergo; quia saluti ac vitæ fidelium congratulatur: qui patrem gratias agendo collaudat / q̄ ea quæ superbientibus abscondit / humilibus spiritu secreta reuelauit. Quod autē saturata multitudine iussit discipulos colligere: quæ supauerāt fragmentorum ne perirent: hoc signat profecto: quia plæraque sunt arcana diuinorum eloquiorum: quæ vulgi sensus non capit: nonnulla quæ per se quidē minus docti assequi nequeunt: sed a doctoribus exposita mox intelligere queunt. Hæc ergo necesse est: vt qui valent diligentius scrutando colligant: & ad eruditionem minorum suorum dicto vel scripto faciant peruenire: ne alimenta verbi illorum desideria pereant, plebibusque tollantur; qui hæc dño donante interpretando colligere norunt. ¶ Collegerūt (inquit) & impleuerunt duodecim cophinos fragmētorum. ¶ Quia duodenario numero solet perfectionis cuiuslibet summa figurari: recte per duodecim cophinos fragmentorum plenos / omnis spiritualium doctorum chorus exprimit: qui obscura scripturarū: quæ per se turbæ nequeunt & meditando colligere: & meditata & mandata litteris suo pariter & turbarū vsui cōseruare iubent. Hoc ipsi fecere Apostoli & euāgelistæ: nō pauca legis & prophetarum dicta mystica: suis (interpretatione addita) inserendo opusculis. Hoc sequaces eorum Ecclesiæ toto orbe magistri: etiam integros nonnulli vtriusque testamenti libro diligentiori explanatione discutiendo: qui quamuis hominibus despecti cœlestis tamen gratiæ sunt pane fecūdi. Nam seruilia cophinis solent opera fieri. Vnde de populo qui in luto quondā ac lateribus seruiebat in ægypto dicit Psalmista. Manus eius in cophino seruierūt. ¶ Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signū dicebant, Quia hic est vere ꝓpheta: qui ven-

Luce.x. (margin, beside "nomina scripta…")
Textus. (margin, beside "interpretando colligere…")
Ps.lxxx. (margin, beside "luto quondā…")
Textus. (margin, beside "nus eius in cophino…")

turus est in mundum. Recte quidẽ dicebant/quia hic est vere ꝓpheta: dñm prophetam magnũ/magnæ salutis præconẽ iam mũdo futurũ. Nam & ipse prophetã se vocare dignat; vbi ait: quia nõ capit perire prophetã extra Ierusalem. Sed necdũ plena fide ꝓficiebant/qui hunc etiam deũ dicere nesciebant. Ergo illi videntes signum quod fecerat Iesus dicebant. Quia hic est vere Propheta qui venturus est in mundũ. Nos certiori cognitione veritatis & fidei/vidẽtes mundũ quem fecit Iesus: & signa quibus illum repleuit: dicamus. Quia hic est vere mediator dei & hominum: qui implet mundũ diuinitate: & mundus per ipsum factus est: qui in propria venit genus humanum quærere: & saluare quod perierat: ac recreare mũdum quem fecerat: qui cum suis fidelibus per præsentiam diuinitatis est in mundo omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi: qui in consummatione sæculi per humanitatẽ venturus est in mundum; vt reddat singulis scd̃m opera eoꝝ: impios quidẽ & peccatores æternũ proijciens in ignẽ: iustos aũt in vitam introducens æternã: in qua viuit & regnat cũ patre in vnitate spiritussancti deus/per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Luce. iiij. ß.

Segmentum ex euangelio Ioannis. viij. capite. F. quod canitur dominica in passione.



IN illo tpe. Dixit Iesus turbis iudæoꝝ/& principibus sacerdotũ. Qui ex vobis arguet me de pctõ? Si veritatẽ dico vobis: quare vos nõ creditis mihi? Qui est ex deo: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt ergo iudæi: & dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos: quia samaritanus es tu: & dæmoniũ habes? Respondit Iesus. Ego dæmonium nõ habeo: sed honorifico patrem meum; & vos inhonorastis me. Ego autem nõ quæro gloriam meã: est qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonẽ meũ seruauerit: non videbit mortẽ in æternũ. Dixerũt ergo iudæi. Nunc cognouim⁹ quia dæmoniũ habes. Abraam mortu⁹ est & ꝓphetæ: & tu dicis. Si quis sermonẽ meum seruauerit: non gustabit mortẽ in eternũ? Nunquid tu maior es patre nostro Abraã qui mortuus est: & ꝓphetę mortui sunt? quẽ teipm facis? Respõdit iesus. Si ego glorifico meipsum; gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me quẽ vos dicitis: quia deus vester est: & nõ cognouistis eum

ego autem noui eum. & si dixero quia non noui eũ: ero similis vobis mendax. sed scio eum: & sermonem eius seruo. Abraam pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit: & gauisus est. Dixerunt ergo iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondũ habes: & Abraã vidisti? Dixit eis Iesus. Amẽ amẽ dico vobis: antequam abraã fieret/ ego sum; Tulerũt ergo lapides iudæi: vt iacerent in eũ. Iesus autem abscondit se: & exiuit de templo. Et reliqua.

Homilia beati Gregorij papæ de eadem lectiõe. Habita ad populũ in basilica sancti Petri apostoli dñica in passione.

PEnsate fratres charissimi mãsuetudinem dei: relaxare peccata venerat: & dicebat. Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione ostẽdere se peccatorem nõ esse; qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde quod sequitur. Qui ex deo est: verba dei audit; propterea vos non auditis; quia ex deo non estis. Si enim ipse verba dei audit: qui ex deo est: & audire verba dei nõ põt: quisquis ex illo nõ est: interroget se vnusquisque si verba dei in aure cordis percipit/ & intelligit vnde sit. Cœlestem patriam desiderare veritas iubet/ carnis desideria conteri; mundi gloriam declinare/ aliena nõ appetere/ propria largiri. Penset ergo apud se vnusquisque vestrũ si hęc vox dei in cordis aure cõualuit: & quia iam ex deo sit; cognoscit. Nam sunt nonnulli qui præcepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonuulli qui hæc quidem corporis aure percipiunt: sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba dei suscipiunt: ita vt etiam in fletibus compũgantur: sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt. hi pfecto verba dei non audiunt: qui hæc exercere in opere contemnunt. Vitam ergo vestram fratres charissimi ante mentis oculos reuocate: & alta consideratione pertimescite hoc quod ex ore veritatis sonat; propterea vos non auditis; quia ex deo non estis. Sed hoc q̃d de reprobis Veritas loquit̃, ipsi hoc de semetipsis reprobi iniquis suis operibus ostẽdũt. Nam sequit̃. Responderunt iudæi; & dixerunt ei. Nõne bene dicimus nos: quia samaritanus es tu; & dęmonium habes? Accepta autem tãta cõtumelia: quid dominus respondeat: audiamus. Ego dæmonium non habeo: sed honorifico patrem meũ: & vos inhonorastis me. Quia enim samaritan⁹ interpretatur custos: & ipse veraciter est custos/ de quo psalmista ait. Nisi domin⁹ custodierit ciuitatem/ frustra vi-

Textus.

Textus.

Verborũ domini auditores sunt multiplici differentia.

Textus.

Textus.

Samaritan⁹ custos interpretatur.

Esai.xxi.c. gilat: qui custodit eam. Et cui per Esaiā dicitur. Custos quid de nocte: custos quid de nocte: Respōdere dominus noluit: samaritanus non sum; sed ego dæmonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerant: vnum negauit/sed alterum tacendo consensit. Custos nam ꝑ humani generis venerat: & si samaritanum se nō esse diceret/esse se custodē negaret. Sed tacuit qđ recognouit: & patienter repulit quod dictū fallaciter audiuit/dicens. Ego dæmoniū non habeo. In quib⁹ verbis quid aliud ꝙ superbia nostra cōfundit: quæ si exagitata vel leuiter fuerit/atrociores iniurias reddit ꝙ acceperit: facit mala quæ pōt; minatur & quæ facere nō pōt. Ecce iniuriam suscipiens deus/non irascitur/non contumeliosa verba respondet. Qui si eisdem ista dicentibus respōdere voluisset; dæmoniū vos habetis: verum ꝓfecto diceret: quia nisi impleti dæmonio essent/tam peruersa de deo loqui non possent. Sed accepta iniuria etiā quod verū erat dicere veritas noluit: ne non dixisse veritatē: sed prouocat⁹ cōtumeliā reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis innuitur: nisi vt eo tempore quo a proximis ex falsitate contumelias accipimus; eoꝝ etiā vera mala taceamus; ne ministeriū iustæ correctiōis in arma vertamus furoris. Sed quia quisquis zelo dei vtitur: sæpe a prauis hominibus dehonestat̄: in semetipso dn̄s nobis patiētiæ præbuit exēplū; qui ait: sed honorifico patrē meū & vos inhonorastis me. Sed quid nobis ad ista faciēdum sit: adhuc suo nos exēplo admonet: cum subiūgit. Ego aūt nō quęro gloriā meam: est qui quærat & iudicet. Scimus certe ꝙ scriptū est: quia pater omne iudicium dedit filio: & tamē idem filius iniurias accipiens gloriam suam non quærit: illatas contumelias patris iudicio reseruat: vt nobis profecto insinuet; quantum nos esse patientes debemus: dum se adhuc vlcisci non vult; & ipse qui iudicat. Cum vero malorum peruersitas crescit; non solum prædicatio frāgi non debet: sed etiam augeri. Quod suo dominus exemplo nos admonet: qui postꝙ dæmoniū habere dictus est: prædicationis suæ beneficia largius impendit dicens. Amen amen dico vobis; si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in æternum. Sed sicut bonis necesse est; vt meliores etiam per cōtumelias existant: ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt. Nā accepta vera prædicatione iterum dicūt: Nūc cognouimus; quia dæmonium habes. Quia enim æternæ morti inhæserāt: & eandem mortem cui inhæserant non videbant; dum solam mortē car

Patiētia xpi nos ad patiētiam exhortari debet.

Textus. Joan.v.d.

Textus.

Textus.

nis aspiceret; in veritatis sermone caligabant; dicentes. ☞ Abraam mortuus est; & prophetæ; & tu dicis; si quis sermonẽ meum seruauerit; mortẽ nõ gustabit in eternnm: ☞ Vnde & ipsi veritati eundẽ abraam & prophetas quasi venerãtes preferũt. Sed aperta nobis ratione ostenditur: quia qui deum nesciunt; dei quoq; famulos false venerantur. Et notandũ; q vidit eos dñs aperta sibi impugnatione resistere: & tamẽ eis se iterata nõ desinit voce predicare; dicẽs. ☞ Abraam pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit; & gauisus est. ◿ Tunc quippe diẽ dñi abraam vidit; cũ in figura summæ trinitatis tres angelos hospicio recipit. Quibus profecto susceptis; sic tribus quasi vnus locutus est: quia & si in personis numerus trinitatis est; in natura vnitas diuinitatis. Sed carnales mentes audientium oculos a carne non subleuant; dũ in eo solã carnis etatem pensant; dicẽtes. ☞ Quinquaginta annos nondũ habes; & abraã vidisti: ◿ Quos benigne redẽptor noster a carnis suæ intuitu submouet: & ad diuinitatis cõtẽplationẽ trahit: dicẽs. ☞ Amen; amen dico vobis; antequ; abraam fieret ego sum. ◿ Ante; ẽm præteriti tẽporis est; sum; presentis. Et quia tempus præteritũ & futurũ diuinitas non habet; sed semper esse habet; non ait: ante Abraam ego fui; sed ante abraam ego sum. Vnde & ad Moysen dicit. Ego sum qui sum: & dices filijs israel. Qui est; misit me ad vos. Ante ergo; vel post abraam esse habuit: qui & accedere potuit per exhibitionẽ præsentiæ; & recedere p cursum vitæ. Veritas vero semper esse habet: quia ei quicq; nec priori tẽpore incipitur; nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista æternitatis verba mẽtes infidelium non valentes; ad lapides currunt: & quem intelligere nõ poterant: obruere quærebant. Quid autẽ contra furorẽ lapidantium dñs fecit: ostenditur cũ protinus subinfertur. ☞ Iesus autẽ abscondit se: & exiuit de tẽplo. ◿ Mirum est valde fratres charissimi/ cur persecutores suos dñs se abscõdẽdo declinauerit: qui si diuinitatis suæ potentiã exercere voluisset; tacito nutu mentis in suis ictibus eos ligaret: aut in pœna subitæ mortis obrueret. Sed qui pati venerat: exercere iudiciũ nolebat. Certe sub ipso passionis tẽpore & quantum poterat ostendit: & tamen hoc ad quod venerat: pertulit. Nam cũ persecutoribus suis se quærẽtibus diceret; ego sum. sola hac voce eorum superbiã perculit; & omes in terram strauit. Qui ergo & in hoc loco potuit manus lapidantium non se abscondendo euadere; cur abscondit se; nisi q homo inter homines

Deũ nescientes dei famulos falso venerantur.

Textus. Geñ. xviij.

Textus.

Textus.

Exodi iij.

Textus.

Christus si voluisset facile suos persecutores terminasset.

Ioan. xviij.

factus; redemptor noster alia vobis verbo loquitur; alia exemplo. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur; nisi vt etiam cum resistere possumus; iram superbientium humiliter declinemus. Vnde & per Paulum dicitur. Date locum iræ. Quanta humilitate irā proximi ferre debeat; perpendat homo: si furores irascentium abscondens se declinauit deus. Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat; nemo conuitijs conuitium reddat. Imitatione ergo dei; gloriosius est iniuriam tacendo fugere; q̄ respondendo superare: Sed cōtra hoc superbia dicit in corde. Turpe est; vt acepta iniuria taceas. Quisquis conspicit: quia contumeliam accipis & taces; non putat quia patientiam exibes; sed crimen agnoscis. Sed vnde vox ista in corde nostro cōtra patientiam nascitur; nisi quia in imis cogitationē fiximus; & dum in terra gloriam quærimus; placere ei qui nos de cœlo conspicit; non curamus. Accepta ergo cōtumelia; meditemur in opere vocem dei. Ego non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Hoc autem quod de domino scriptum est; abscondit se: intelligi & aliter potest. Multa quippe iudæis prædicauerat: sed prædicationis eius verba deridebāt. Deteriores quoq; ex prædicatione facti sunt: qui vsq; ad iaciēdos lapides peruenerunt. Et quid abscondendo se dominus signat: nisi q̄ eis ipsa veritas absconditur; qui eius sequi verba contemnūt. Eam quippe quā non inuenit humilem; veritas fugit mētem. Et q̄ multi sunt hodie qui iudæorum duriciam detestantur: quia prędicationē dn̄i audire noluerunt: & tamen quales illos arguūt fuisse ad fidē; tales ipsi sunt ad operationem. Præcepta dei audiūt; miracula cognoscunt: sed conuerti à suis prauitatibus renuunt. Ecce vocat: & redire nolumus: Ecce sustinet: & eius patientiā dissimulamus. Dum ergo tempus est fratres: paruitatem suā vnusquisq; desperat; dei patientiam pertimescat: ne quem nunc tranquillū despicit; iratum postmodum nequaq̄ euadere possit.

Rom. xij. D.

Veritas ipsa absconsa iudeis

Segmentum ex euangelio Matthæi. xxi. capite. A. quod cani[...] dominica in Ramis palmarum.



[I]llo tempore: Cum appropinquasset dominus [Ie]sus hierosolymis: & venisset bethphage ad mōtem oliueti. tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cū ea: soluite & adducite mihi. Et si quis aliquid vobis dixerit.

quel lugar

dicite quia dominus ijs opus habet. & cõfestim dimittẽt eos. Hoc autem factũ est: vt adimpleretur quod dictum est per prophetã; dicentem. Dicite filiæ sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus: se- Esa.lxij.c.
dens super asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem di- Zach.ix.d.
scipuli fecerunt sicut præcepit illis iesus. Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos vestimẽta sua: & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimẽta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus & sternebãt in via. Turbæ autẽ quæ præcedebant; & quæ sequebãntur: clamabãt dicentes. Osanna filio dauid; benedictus qui venit in nomine domini: osanna in altissimis. Et cum intrasset hierosolymam commota est vniuersa ciuitas; dicens. Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est iesus propheta á Nazareth galileæ. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ presbyteri.

MEdiator dei & hominum homo christus Iesus: qui pro humani generis salute passurus de cœlo descẽderat ad terras: appropinquante hora passionis; appropinquare voluit loco passionis; vt etiam per hoc clarescceret quia nõ inuitus; sed sponte pateretur. In asina venire; & a turbis rex appellari & laudari voluit: vt etiam per hoc eruditus quisq; cognosceret ipsum esse christum: quem sic illum ventu- rũ pphetia olim præmissa signauerat. Ante quinq; dies paschæ venire voluit: sicut ex Ioannis euangelio didicimus: vt etiam per hoc ostẽderet se esse agnum immaculatũ: qui peccata tolleret mũdi. Agnus quippe paschalis cuius immolatione populus israel ab egyptia seruitute liberatus: ante quinq; dies paschæ. idest decima luna domũ inferri; & ipsa die paschæ. i. quartadecima luna ad vesperum iussus est immolari: significans eum qui nos suo sanguine redempturus; ante quinq; dies pasche. idest hodierno die; magno præcedentiũ sequentiũq; populorum gaudio ac laudatione deductus: venit in templum dei: & erat quotidie docens in eo. Quinta demũ peracta die: vbi veteris paschæ sacramenta hactenus obseruata consummauit: ac noui deinceps obseruanda discipulis sacramenta contradidit: egressus in montẽ oliueti; tẽtus est a iudæis & mane crucifixus: ipsa nos die a dæmoniaca dominatiõe redemit; quia antiquus ille hebræorum populus; per immolationem agni iugum egyptiæ seruitutis abiecit. Ergo dñs instar agni paschalis: ante quinq; dies q̃ pati inciperet: locum passionis adijt; vt se insinuaret esse illũ; de quo prædixit Esaias. Sicut Esa.liij.b.

ouis ad occisionē ducetur: & quasi agnus coram tondēte se obmutescet: & non aperiet os suū. Et paulo superius. Ipse autē vulneratus est propter iniquitates nostras: & liuore ei⁹ sanati sumus. Sed inuidorum corda principū: in cunctis quæ prouide gessit: eū potius persequi: q̄ in eum credere maluerūt: & multū miseri vitæ autorē morti potius dare q̄ per ipsum viuificari studebāt. Verū nos perfidorū cęcitate declinata; eorū magis exēpla qui fideliter dn̄m laudare studerūt; sequamur: & iter ei⁹ mysticū mystica (vt decet) interpretatione scrutemur. Asina & pullus quibus sedens dn̄s hierosolymā venit: vtriusq; populi iudæi; videlicet & gentilis simplicia corda designant: quibus ille præsidens quæq; a noxia libertate suo frenans imperio; ad visionem superne pacis perducit. Hierosolyma etenim visio pacis interpretatur. Et bene cū ad montē oliueti venisset dn̄s; discipulos qui hæc animalia adducerent misit: q̄a nō nostris ad eū meritis; sed sola ipsius gr̄a largiēte puenimus: Ioāne attestāte; qui ait. Et in hoc charitas est; nō quasi nos dilexerim⁹ deū: sed q̄a ipse prior dilexit nos. Mōs nāq; oliueti celsitudinē dn̄icæ dilectionis qua nos misericorditer illustrare ac saluare dignat⁹ est: insinuat: non solum quia olei natura lucis ministra est; & laborū dolorūq; solamen: verū etiā quia cūctis quibus immiscetur; solet excellere liquoribus. Et ap̄ls de charitate locuturus: adhuc (inquit) excellentiorē viam vobis demōstro. Ad montē igitur oliueti veniens dn̄s; asinos sibi quibus hierosolymā ꝑpetat: pręcepit exhiberi: figurate significās hoc: q̄d alibi dicit aperte. Quia sic deus dilexit mūdū; vt filiū suū vnigenitū daret: vt om̄is q̄ credit in ip̄m nō pereat; sed habeat vitā ęternā. Duos ad exhibenda sibi iumēta misit discipulos: vt significaret in vtrūq; populū; circūcisionis videlicet & pręputij p̄dicatores esse destināđos: vel certe duos misit: vt eosdē prædicatores doctrina simul & operatione pfectos esse moneret: ne vel erroris verba indocti veritati miscerēt: vel ea quę recte docuissent peruerse viuēdo negarent. ¶ Inuenietis (inquit) asinam alligatam & pullū cum ea; soluite & adducite mihi. ¶ Pullum quoq; alligatum fuisse alij euangelistæ testātur. Vterq; enim populus; funib⁹ peccatorum erat circūplexus; & solutatione diuina opus habebat: iste lege quā acceperat male vtendo; ille nunq̄ accipiendo peccauerat. Vnde bene dicit apostolus. Quia nō est distinctio; omnes em̄ peccauerunt & egent gloria dei: iustificati per gratiam ipsius gratis. Et pulchre alij tres euangelistæ qui gentib⁹

Per asinam & pullū quid designatur.

Hierosolyma visio pacis dicitur.

i. Ioan. iiij.

Mons oliueti quid insinuat.

Olei natura qualis.

i. Corin. xij.

i. Ioan. iij.

Luce. xix. c.
Marci. xi. a.

Roma. x. c.

scripserunt/pullum solummodo domini adductum memorant: Matthæus autẽ Euangelista qui ex habræis & hebræo sermone scripsit euãgelium; etiam asinæ facit mentionẽ: ꝓuida vtiq; dispensatione: vt quorum salutem scribendo quæsierunt/hos saluãdo á domino mystice docerent esse figuratos. Et si quis vobis (inquit) aliquid dixerit: dicite, quia dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Et doctoribus præcipit: vt si quid eis obstiterit aduersitatis: & si quis prohibuerit peccatores a laqueis diaboli absolui/& per confessionem fidei domino adduci: non tamen prædicãdum desistant: sed constanter insinuent: quia dominus ad ædificãdam Ecclesiam talibus opus habet. Quamuis enim sæuus sit persecutor & immanis/non potest eorum obsistere saluationi: quos nouit dominus, quia sunt eius/quos ad vitam præordinauit æternam. Adhibetur autem huic facto prophetæ testimonium/vt appareat dominum quidem in omnibus/quæ de ipso erant scripta complesse: sed inuidia cæcatos: scribas & pharisæos/ea quæ ipsi legebãt intelligere nequiuisse. Dicite filiæ sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Filia sion/Ecclesia est fidelium: pertinens ad supernam Ierusalem quæ est mater omnium nostrũ/cuius portio tunc nõ minima erat in populo Israel, regem habẽs mãsuetum: qui non terrena immitibus: sed mansuetis cœlestia regna dare consueuit/dicẽs. Discite a me: quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. De quibus Psalmista. Mansueti (inquit) possidebunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis. Rex ergo mansuetus; mansuetis (idest humilibus corde) terrã pacis tribuit: quos in terra belli & tribulationum; quondam rex impius: idest diabolus superbiæ vulnere strauit. Sedẽs inquit super asinam & pullum filium subiugalis; quia requiescit in corde humilium & quietorum & tremẽtium verba eius: siue eorum qui in synagoga iugum legis trahere nouerũt: seu illorum qui gentili diu libertate effrenes eiusdem synagoge instantia ad fidei & veritatis sunt gratiam conuersi. Adducentes autem asinam & pullum discipuli: imposuerũt super eos vestimẽta sua: & dominum desuper sedere fecerũt. Vestimẽta discipulorum/opera sunt iustitiæ; Psalmista teste; qui ait. Sacerdotes tui induãtur iusticia: Asinos quos nudos inueniũt discipuli/suis sternunt vestimentis: & ita desuper dominũ imponũt. cũ prædicatores sancti quoslibet a sanctitatis habitu vacuos

Textus.

Seuus persecutor non potest resistere saluationi fidelium.

Textus.

Filia sion ecclesia est.

Matth.xi.

Ps.xxxvi.

Textus.

Ps.cxxxi.


inueniunt: hosq́ʒ virtutum suarũ exemplis, ad suscipiẽdam fidem
Quare non ascendit dñs nudã asinam aut pullum. & dilectionẽ sui conditoris imbuunt. Non enim nudam dominus asinam/ nõ nudũ voluit ascendere pullum; quia siue iudæus siue gentilis: nisi sanctorum fuerit dictis ornatus & actis/ nõ potest dñm habere rectorẽ: sed regnat potius peccatum in mortali eius corpore ad obediendũ concupiscentijs eius. Plurima autem turba strauerunt vestimẽta sua in via. Plurima hæc turba: innumerabilem
Textus. martyrũ designat exercitũ; qui corpora sua animarum videlicet tegumẽta pro dño dabãt: quo sequẽtib⁹ electis planiorẽ recte viuẽdi callem facerent: ne qui videlicet dubitarẽt ibi pedẽ bonæ actionis ponere in pace/ vbi nõ paucos viderẽt in bello præcessisse martyrij. Alij aũt cædebãt ramos de arboribus: & sternebãt in via.
Textus. Rami arborum: dicta sunt patrũ præcedentium exẽpla. Et quisquis in exemplum recte credendi siue operandi: quid Prophetæ quid Apostoli: quid cæteri sancti dixerunt seu fecerũt pãdit: ramos profecto de arboribus cædit: quibus iter asini dñm portantis complanet; quia sententias de sanctorum libris excerpit: per quas simplicium Christi corda ne in via veritatis errent: ædificet. Turbę aũt
Textus. quæ præcedebant: & quæ sequebãtur clamabãt; dicẽtes. Osanna filio Dauid. Vna eademq́ʒ confessionis & laudationis voce dñm qui præcedunt & qui sequuntur exaltant: quia vna nimirũ fides est eorum: qui ante incarnationem dominicã: & qui post hæc fuerunt probati: quãuis sacramenta habuerint pro temporũ ratione disparia: petro attestante qui ait. Sed per gratiã domini Iesu credimus saluari quemadmodum & illi. Quod autẽ aiunt: osanna filio
Actuũ. xv. c. Dauid (hoc est) qđ in psalmo legit̃. Domini est salus; & super populum tuũ benedictio tua (hoc est) qđ in magnæ deuotione laudis in Apocalypsi sanctorum Chorus resonat. Salus deo nostro: qui sedet sup Thronũ & agno. Benedict⁹ qui venit in nomine dñi:
Psal. iij. In nomine dñi: in nomine dei patris significat: qđ ipse alibi iudæis non credentibus dicit. Ego veni in nomine patris mei: & nõ recepistis me: alius veniet in nomine suo: illum recipietis. Venit enim Christus in nomine dei patris: quia in omnib⁹ quæ gessit & dixit/ patrem glorificare; & glorificandũ hominibus prędicare curauit. Veniet antichristus in nomine suo: qui cum sit homo omniũ nequissimus: & diabolo comite plenus: non enim dedignabitur se
Apo. vij. c. Textus. Joan. v. g. ij. Thes. ij. b. filiũ dei cognominari. Aduersatur enim & extollitur super omne quod dicitur deus: aut quod colitur. Assumũt aũt versiculũ laudis

turbæ de psalmo centesimo decimo septimo quē de domino cantatum nemo est qui dubitet. Vnde pulchre de ipso in eodē psalmo præmittitur. Lapidē quem reprobauerunt ædificantes. hic factus est in caput anguli, quia videlicet Christus quē reprobauerunt iudæi ædificātes suarum decreta traditionū; factus est in monimentum vtriusq; populi credentis iudei: scilicet & gētilis. Quod enim in psalmo lapis angularis vocatur Christus (hoc est) vtiq; quod in euangelio præcedentium sequentiūq; collaudatur voce turbarū. Quod autē in eiusdem laudis prosecutione subiūgitur Osanna. i. salus siue saluifica in altissimis: perspicue docet aduentum domini in carne: non solum humani generis in terra: sed & angelorum in cœlis esse salutē: quia dum nos redempti ad superna perducimur/ eorum profecto numerus qui sathana cadente erat minoratus impletur. Hinc enim Paul⁹ ait. Instaurari omnia in christo quę in cœlis & quæ in terra sunt in ipso. Recte igitur Osanna in altissimis in eius laudem canitur: cuius tota incarnationis dispensatio ꝓ implenda gloria patriæ cœlestis aderat. Proinde necesse est fratres mei vt ad promissam nobis patriā tota mētis deuotione tendamus; semper recordātes quia & si angusta est via qua ingredimur: beata est māsio ad quam festinamus. Fœlicius quippe est per asperum iter ad regnum: q̄ per amœnum planūq; ad supplicium duci. Fœlici⁹ est continētia carnis temporali: gaudium perenne mereri: q̄ pro lasciuia parui temporis æternam luere vindictam. Ecce ieiunium qudragesimale domino auxiliante iam plurima ex parte compleuimus: testis est vnicuiq; conscientia sua: quia quanto districtius se sanctis his diebus domino mancipasse meminit: tāto amplius gaudens sanctum dominicæ resurrectionis tempus expectat. At si quem forte adhuc conscientia min⁹ perfecte castigata accusat: nulli dubium quin pauidus & tremens tantæ solemnitatis præstolat̄ aduentum. Nec tamen hic talis de salute diffidat; ne aliqua suorum numerositate vel enormitate scelerū cōfusus: barathrum desperationis incidat: iuxta illud Salomonis. Impius cum venerit in profundum malorum: contemnit: sed sollicite perpendat: quia si tempus annuæ festiuitatis: qua de autoris nostri resurrectione lætamur: tāto vel gaudio castos vel impuros metu & confusione afficit: multomagis in tempore districti examinis; quando generalis omniū resurrectio celebrat̄. & iam audita iudicis sententia; hos cōsciētia mūda excusans lætificat; illos noxia accusans imperpetuū

Ephe. i. (margin, beside "quę in cœlis")

Fœlicius est per asperum iter ire ad cęlum q̄ per planum ad supplicium (margin)

Prouer. xviii. (margin, beside "Impius cum venerit")



damnat. Quicunq; ergo fratres dilectissimi continentiæ armis accincti: ab initio iam quadragesime cum tẽtatore superbo certare ceperũt; videant caute ne cepta deserant/ priusq; hoste prostrato ministerijs donẽtur angelicis. Qui vero hactenus armaturam virtutũ non induit; vel hodie incipiat; hodie cum turbis illis fidelibus fidei opera assumat: imploret pietatẽ ei⁹: qui in nomine patris adueniens/ benedictionẽ mũdo attulit: & osanna in altissimis proclamãs/ saluari se superna in patria flagitet. Sternat vestimẽta sua in via (idest mẽbra sui corporis humiliet in pręsenti) vt exaltet ea deus in futuro: memor illius dauidici: quia exultabũt ossa humiliata. Ramos de arborib⁹ cædat; & sibi sternat in via (idest sanctorũ scripta sedulus ad memoriam reuocet) quibus stantes: ne cadãt roborantur. lapsi: ne diutius iaceant hortantur. resurgentes: vt virtutibus exerceantur instruũtur. Exercitati virtutibus: præmia in cœlis vt sperent: erigũtur. hisq; gressus suæ actiõis ne in lapidẽ offensionis & petram scandali offendant præmuniat: ac sic etiã ipse cum cæteris fidelibus redẽptoris sui vestigia sequatur/ passionisq; ac resurrectionis eius mystica digna mẽtis puritate veneretur: quæ electis omnibus mẽbris videlicet suis in remediũ vulnerum simul & cœlestiũ gaudiorum/ pignus dare dignatus est: Iesus christus dominus noster: qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritussancti deus/ per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus.

Segmentum ex ex Euangelio Marci. xvi. capite. A. quod canitur in die resurrectionis.



In illo tempore. Maria magdalene & maria Iacobi & Salome emerunt aromata: vt venientes vngerent Iesum. Et valde manne vna sabbatorum veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in momonumentum; viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida; & obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum quem quæritis Nazarenum crucifixum surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite & dicite discipulis eius & petro: quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eũ videbitis: sicut dixit vobis. Et reliqua.

Homilia beati Gregorij papę de eadem lectione habita ad ppl'm in basilica beatæ mariæ die sācto paschę.

MVltis vobis lectionib⁹ fratres charissimi per dictatū loqui cōsueui: sed quia lacescente stomacho; ea quæ dictaueram legere ipse nō possum: & quosdā vestrūm minus libenter audiētes intueor: vnde nunc a meipso exigere contra morē volo: vt inter sacra missarū solēnia; lectionē sancti euangilij non dictādo; sed colloquēdo edisseram: sicq; accipiatur (vt loquimur) quia collocutionis vox corda torpentia plusquā sermo lectionis excitat: & quasi quadā manu sollicitudinis; vt euigilent; pulsat. Et quidem ad hoc opus ne sufficere posse non video: sed tamen vires quas imperitia denegat; charitas administrat. Scio nāq; qui dixit. Aperi os tuū; & ego adimplebo illud. Bonū ergo opus nobis in volūtate sit: nā ex diuino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi ausum etiā resurrectionis dominicæ tanta solēnitas: quia & indignū valde est vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis: quo videlicet die caro resurrexit autoris. Audistis fratres charissimi q sanctę mulieres quę dominum fuerant secutę: cū aromatibus ad monumentū venerunt: & ei quē viuentem dilexerāt: etiam mortuo studio humanitatis obsequūtur. Sed res gesta aliqd in sancta ecclesia signat gerēdū. Sic quippe necesse est; vt audiamus quę facta sunt: quatenus cogitemus etiam quæ nobis sunt ex eorū imitatione faciēda. Et nos igitur in eū qui est mortuus credentes: si odore virtutū referti cum opinione bonorum operum dn̄m querimus; ad monumentū profecto illius cum aromatib⁹ venimus. Illæ autem mulieres angelos vident; quæ cū aromatibus venerunt: quia videlicet illæ mentes super nos ciues aspiciunt: quæ cum virtutū odoribus ad deum per sancta desideria proficiscūtur. Notandū vero nobis est; quidnam sit; q in dextris sedere angel⁹ cernitur? Quid nāq; per sinistram; nisi vita præsens? quid vero per dexteram; nisi perpetua vita signatur? Vnde in canticis cāticorum scriptum est. Leua eius sub capite meo: & dextera illi⁹ amplexabitur me. Quia igitur redēptor noster iam præsentis vitæ corruptionem trāsierat: recte angelus qui nūciare perēnem eius vitam venerat; in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit; quia festiuitatis nostrę gaudia nunciauit. Candor enim vestis splendorē denunciat nostrę solēnitatis. Nostrę dicamus an suę? Sed vt fateamur verius & suæ dicamus & nostræ. Illa quippe redēptoris nostri resur

Vox plus excitat q̄ lectio.

Psal.lxxx.

Mulieres bo nū cū arromatibus venerūt.

Cantico.ij.

Resurrectio redemptoris fuit festiuitas christianorum & angelorum.

rectio & nostra festiuitas fuit: quia nos ad immortalitatem reduxit: & angelorum festiuitas extitit: quia nos reuocãdo ad cœlestia eorum numerum impleuit. In sua ergo ac nostra festiuitate angelus albis vestibus apparuit: quia dum nos per resurrectionem dominicam ad superna reducimur: cœlestis patriæ damna reparant. Sed quid veniẽtes fœminas angelus affatur: audiamus. Nolite expauescere. Ac si aperte dicat. Paueant illi qui nõ amẽt aduentũ supernorũ ciuium: pertimescant qui carnalibus desiderijs pressi: ad eorum se societatẽ posse pertingere; desperant. vos aũt cur pertimescitis quę vestros cõciues videtis? Vnde & angelũ Mattheus apparuisse discribẽs: ait. Erat autem espectus eius sicut fulgur: & vestimenta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est: in niue autem blandimentũ cãdoris. Quia vero omnipotens deus & terribilis est peccatoribus; & blandus iustis: recte testis resurrectionis eius agelus; & in fulgure vultus & in candore habitus demonstratur: vt ipse sua specie terret reprobos; & mulceret pios. Vnde recte quoq; populũ per deserta gradientẽ; & colũna ignis in nocte: & columna nubis præibat in die. In igne enim terror est: in nube autem visionis lene blandimentum. Dies vero vita iusti. & nox accipitur vita peccatoris. Vnde & conuersis peccatoribus Paulus dicit. Fuistis aliquando tenebræ: nũc autẽ lux in domino. In die autẽ per nubem colũna mõstrata est; & in nocte per ignẽ: quia omnipotens deus & blandus iustis & terribilis apparet iniustis. Iustos in iudicio veniens per lenitatis mãsuetudinem demulcet: illos vero per iusticiæ districtionem terret. Sed iã quid angelus subiungat audiamus. Iesum quæritis nazarenum. Iesus latino eloquio salutaris. i. saluator interpretatur. At vero multi tũc Iesus dici poterant: nõ tamen substantialiter; sed nũcupatiue. Ideo & locus subiungitur. vt de quo Iesu dictum sit; manifestetur: Nazarenum. Et causam protinus subdidit: Crucifixum. Atq; addidit. Surrexit nõ est hic. Non est hic; dicitur per præsentiam carnis; qui tamẽ nusquã deerat per pręsentiam maiestatis. Sedite dicite discipulis eius & petro: quia pręcedet vos in galilæã. Querẽdum nobis est: cur nominatis discipulis; Petrus denominatur ex nomine? Sed si hunc angelus nominatim nõ exprimeret qui magistrum negauerat; venire inter discipulos nõ auderet. Vocatur ergo ex nomine: ne desperaret ex negatione. Qua in re considerandũ nobis est: cur omnipotẽs deus cũ quẽ cunctæ ecclesiæ præ

Matt. xxviij.

Exo. xiij. d. Colũna ignis & nubis populum israeliticum præibat.

Ad ephe. v.

Textus.

Iesus saluator interpretatur.

Deus vbiq; est per presentiã maiestatis.

Petrus quare permissus est dñm negare.

ferre disposuerat: ancillæ vocē ptimescere & seipsum negare permisit. Quod nimirum magnæ esse actum pietatis dispensatione cognoscimus: vt is qui futurus erat pastor ecclesiæ/in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaq3 eum ostendit sibi; & tūc cæteris præposuit: vt ex sua infirmitate cognosceret quā misericorditer aliena infirma tolleraret. Bene autem de redēptore nostro dicitur. Præcedet vos in galileam: ibi eum videbitis; sicut dixit vobis. Galilæa nanq3 transmigratio facta interpretatur. Iam quippe redempter noster a passione ad resurrectionē: a morte ad vitam: a pœna ad gloriam: ad corruptione ad incorruptionē trāsmigrauerat. Et prius post resurrectionem in galilea bene a discipulis videtur: quia resurrectionis eius gloriam post læti videbimus; si modo a vitijs ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulchro nunciatur: in trāsmigratione ostenditur: quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur: in transmigratione mentis videtur. Hæc enim fratres charissimi pro tanta diei solēnitate de lectionis euangelicę expositione transcurrimus: sed libet vt de hac eadem solemnitate aliquid subtilius loquamur. Duæ etenim vitæ erant: quarum vnam nouimus/alteram nesciebam9. Vna quippe mortalis est: alia immortalis. vna corruptionis: alia incorruptiōis. vna mortis: alia rerurrectionis. Sed venit mediator dei & hominum; homo christus iesus: suscepitq3 vnam & ostendit alteram. Vnam pertulit moriendo: & ostendit alteram resurgendo. Si igitur nobis mortalem vitam scientibus resurrectionē promitteret carnis: & tamen hanc visibiliter non exiberet: quis eius promissionib9 crederet? Factus itaq3 homo aparuit in carne: mori dignatus est ex voluntate; sed resurrexit ex potestate: & ostēdit exemplo quod nobis promisit in premio. Sed fortasse aliquis dicat. Iure ille surrexit: qui cum deus esset; teneri a morte nō potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram: ad roborandam infirmitatem nostram suæ tantum resurrectionis exemplum nobis sufficere noluit. Solus illo in tempore mortuus est: & tamen solus minime surrexit. Nam scriptum est. Multa corpora sanctorū qui dormierant: surrexerunt. Ablata sunt ergo omnia argumēta perfidiæ. Ne quis enim dicat. sperare de se non debet homo/ quod in carne sua exhibuit homo deus. Ecce cū deo homines resurrexisse cognoscimns: & quos puros fuisse homines non dubitamus. Si igitur membra nosti redemptoris sumus: præsumamus in no

Textus

Galilea transmigratio interpretatur.

I. Timo. ii.

Matt. xxvii.

bis quod gestũ constat in capite. Si multũ nos abijcimus: sperare debemus in nobis nos mẽbra vltima: qđ de mẽbris ei⁹ superiori bus audiam⁹. Ecce vero ad memoriã redit; quid crucifixo dei filio iudæi insultãtes dicebãt. Si rex israel est: descẽdat de cruce & credi

Matt. xxvij. mus ei: qui si tũc de cruce descẽderet: nimirum insultãtibus cedẽs virtutẽ patiẽtiæ nobis nõ demonstraret. Sed expectauit paululũ: tollerauit probra: irrisiones sustinuit: seruauit patientiam: distulit ad mirationem. & qui de cruce descẽdere noluit: de sepulchro sur

Surgere de sepulchro pl⁹ fuit ꝙ de cruce descẽdere. rexit. Plus igitur fuit de sepulchro surgere ꝙ̃ de cruce descendere: plus fuit mortem resurgendo destruere; ꝙ̃ vitã descendendo ser-uare. Sed cũ iudæi hunc ad insultationes suas de cruce descendere minime cernerent; cũ morientẽ viderent: eũ se vicisse crediderũt: nomẽ illius se quasi extinxisse gauisi sunt. Sed ecce clarificatum de morte nomẽ eius ꝑ mundũ creuit; ex qua hũc infidelis turba hoc extinxisse se credidit. Et quẽ gaudebat occisũ: dolet mortuũ: quia hunc ad suam gloriam cognoscit peruenisse per pœnã. Quod be ne in libro iudicum Sanson illius facta significant: qui cum Gazã

Judi. xvj. a. ciuitatem philistinorũ fuisset ingressus: philistæi ingressum eius protinus cognoscentes: ciuitatem repente obsidionibus circunde derunt: custodes deputauerunt: & Sanson fortissimũ se iã cõpre-

Sanson xpi resurrectionem significa uit hendisse guauisi sunt. Sed quid sanson fecit: agnouim⁹. Media no cte portas ciuitatis abstulit: & montis verticem ascendit. Quẽ fra tres charissimi hoc in facto: quem nisi redemptorem nostrũ San-son ille significat? Quid gaza ciuitas; nisi infernũ significat? Quid

Gaza ciuitas infernũ designat. per philisteos nisi iudęorum perfidia demõstratur? Qui cũ mor-tuũ dñm viderẽt: eiusq; corpus in sepulchro iam positũ; custodes illico deputauerũt: & eũ qui autor vitæ claruerat: inferni claustris retentũ quasi Sanson in gaza deprehẽdisse sunt lętati. Sanson ve-ro nõ solũ media nocte exijt: sed etiã portas tulit: quia videlicet re-dẽptor noster ante lucẽ resurgens: nõ solũ liber de inferno exijt: sed ipsa etiã inferni claustra destruxit: portas tulit: & mõtis verticẽ subijt: quia resurgendo claustra inferni abstulit: & ascẽdẽdo cœlo rũ regna penetrauit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriã fratres charissimi; quæ & prius demõstrabatur signo: & post patuit ex fa cto tota mẽte diligamus: & pro eius amore moriamur. Ecce enim in resurrectione autoris nostri / ministros eius angelos conciues nostros agnouimus. Ad horum ergo ciuium illam frequentẽ so-lemnitatem festinemus; his cum necdũ visione possumus; deside-

rio & mente iungamur. Transmigremus ad virtutes a vitijs: vt redemptorē nostrū in galilæa videre mereamur. Adiuuet omnipotens deus ad vitam desiderium nostrum: qui pro nobis in mortem dedit vnicum filium suum: per eundē Iesum christū dominū nostrū qui cum eo viuit & regnat deus in vnitate spiritussancti: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Segmentū ex euāgelio Ioānis. xx. cap. E. quod canitur dñica in albis. Historia huius euāgelij pro prima parte facta est die ipso resurrectionis: pro secunda in octaua paschæ.



IN illo tempore. Cum sero esset die illa vna sabbatorum & fores essent clausæ vbi erant discipuli cōgregati propter metum iudæorum; venit Iesus & stetit in medio; & dixit eis. Pax vobis. Et cum hæc dixisset: ostēdit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater; & ego mitto vos. Hæc cū dixisset insuflauit & dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis retēta erūt. Et reliqua.

Homelia beati Gregorij papæ de eadē lectione. Habita ad populum in basilica sancti Ioānis: quæ dicitur cōstantiniana in octa. paschæ.

PRima lectionis huius euangelicæ quæstio animū pulsat/ quo modo post resurrectionem corpus dominicum verum fuit: quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est q divina operatio si ratione cōprehenditur/ non est admirabilis: nec fides habet meritum: cui humana ratio præbet experimentū. Sed hæc ipsa redemptoris nostri opera: quæ ex semetipsis comprehendi nequaq̄ possunt: ex alia eius operatione pensanda sunt: vt rebus mirabilibus fidē præbeant facta mirabiliora. Illud enim corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis: quod videlicet ad humanos oculos: per natiuitatē suam clauso exijt vtero virginis. Quid ergo mirum si ianuis clausis post resurrectionem suam in æternū iam victurus intrauit; qui moriturus veniens non aperto virginis vtero exiuit? Sed quia ad illud corpus quod videri poterat; fides intuentiū dubitabat: ostēdit eis protinus manus & latus: palpandam carnē præbuit: quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira; & iuxta humanā rationē sibi valde cōtraria

fides nō habet meritū cū humana ratio pbet experimentum.

Corpus dni quomodo potuit intrare ad discipulos ianuis clausis.

ostendit/dum post resurrectionem corpus suum & incorruptibile: & tamen palpabile demonstrauit. Nam & corrumpi necesse est quod palpatur: & palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inestimabili redemptor noster: & incorruptibile post resurrectionem/ & palpabile corpus exhibuit: vt monstrando incorruptibile inuitaret ad premium: præbendo palpabile formaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo & palpabilem demonstrauit: vt profecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum & eiusdem naturæ & alterius gloriæ.

Textus. Dixit eis. Pax vobis. Sicut misit me pater: & ego mitto vos. Idest sicut misit me pater/ deus deum: & ego mitto vos homo homines. Pater filium misit: qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundo venire ad passionem voluit: sed tamen amauit filium quem ad passionem misit. Electos vero Apostolos dominus non ad mundi gaudia: sed sicut ipse missus est ad passiones in mundum mittit. Quia ergo & filius amatur a patre/ & tamen ad passionem mittitur: ita & discipuli amantur a domino/ qui tamen ad passionem mittuntur in mundo. Itaque recte dicitur. Sicut misit me pater: & ego mitto vos. Idest ea charitate vos diligo/ cum inter scandala persecutorum mitto: qua me charitate pater diligit/ quem venire ad tolerandas passiones fecit. Quamuis mitti etiam iuxta naturam diuinitatis possit intelligi: eo enim modo ipse a patre filius mitti dicitur: quo a patre generatur. Nam spiritumsanctum qui cum sit æqualis patri & filio non tamen incarnatus est/ isdem se filius mittere perhibet: dicens. Cum venerit paracletus: quem ego mittam vobis a patre.

Joan. xv. Si enim mitti solummodo incarnari deberet intelligi: sanctus procul dubio spiritus nullo modo diceretur mitti: qui nequaquam incarnatus est: sed eius missio: ipsa processio est: qua de patre procedit & filio. Sicut itaque spiritus mitti dicitur: quia procedit: ita & filius non incongrue mitti dicitur: quia generatur.

Textus. Hoc cum dixisset: insufflauit & dicit eis. Accipite spiritumsanctum.

Spiritumsanctum quare dedit dominus semel in terra consistens et semel in cœlo præsidens. Quærendum nobis est: quid est quod spiritumsanctum dominus noster: & semel dedit in terra consistens: & semel cœlo præsidens. Neque enim alio in loco datus spiritussanctus aperte monstratur: nisi nunc cum per insufflationem præcepitur: & postmodum cum de cœlo veniens in linguis varijs demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur postmodum de cœlo mittitur: nisi quod duo sunt præcepta charitatis dilectio videlicet dei: & dilectio proximi? In terra datur spiritus vt diligatur proximus: e cœlo datur spiritus vt diligatur deus. Sicut

ergo vna est charitas & duo præcepta; ita vnus spiritus & duo data: prius a consistente domino in terra: postmodum é cœlo: quia in proximi amore discitur qualiter perueniri debeat ad amorem dei. Vnde idem Ioannes dicit. Qui non diligit fratrem suum quē videt: deū quem non videt quomodo potest diligere? Et ante quidem discipulorum mētibus isdem spiritussanctus inerat ad fidem: sed tamen manifesta datione non ipsi post resurrectionem datus est. Vnde & scriptum est. Nondum erat spiritus datus: quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Vnde etiam per Moysen dicitur. Suxerūt mel de petra: & oleum de firma petra; Neq enim quicq tale iuxta historiam legitur: si tota testamenti veteris series recenseatur: nusq de petra mel: nusq oleum ille populus suxit. Sed quia iuxta Pauli vocem: petra erat Christus: mel de petra suxerunt: qui eiusdem redēptoris nostri facta & miracula viderunt: Oleum vero de firma petra suxerunt: quia effusione sancti spiritus post resurrectionem suam vngi meruerunt. Quasi ergo infirma petra mel dedit: quando adhuc mortalis dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit: sed firma petra oleum fudit: quia post resurrectionem suam factus iam impassibilis/ per afflationē spiritus donum sanctæ vnctionis emanauit. De hoc oleo per prophetam dicitur. Computrescet iugum a facie olei. Sub iugo quippe tenebamur dæmoniacæ dominatiōis: sed vncti sumus oleo spiritussancti. Et quia nos gratia libertatis vnxit; dæmoniacæ dominationis iugum putruit: Paulo attestante; qui ait. Vbi spiritus domini/ ibi libertas. Sciendum vero est: quid hi qui spiritum sanctum prius habuerunt; vt & ipsi innocenter viuerent; & in prædicatione quibusdam prodessent: idcirco hunc post resurrectionem domini patenter acceperūt; vt prodesse nō paucis: sed pluribus; possent. Vnde & in hac ipsa datione spiritus dicitur; Quorū remiseritis peccata/ remittuntur eis: & quorum retinueritis/ retēta sunt. Libet intueri discipuli illi ad tanta onera humilitatis vocati/ ad quātum culmen gloriæ sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt: sed etiam alienæ obligationis potestatem relaxationis accipiunt: principatum superni iudicis sortiuntur: vt vice dei quibusdam peccata retineant; quibusdam relaxent. Sic eos a deo decebat erigi; qui tantum pro deo consenserant humiliari. Ecce qui districtum dei iudicium metuunt/ animarum iudices fiunt: & alios damnant/ vel liberant: qui semetipsos damnari metuebant.

Ioan. iiij. d.
Ioan. vij. e.
Deu. xxxij.
j. Cori. x. a.
Esa. x. f.
ij. Cor. iij. d.
Textus.
Discipulorum [illegible]

Horum profecto nunc in ecclesia episcopi: locum tenent: soluendi ac ligandi autoritatem suscipiunt: qui gradum regiminis sortiũtur. Grãdis honor: sed graue pondus istius est honoris. Durum quippe est: vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ: iudex fiat vitæ alienæ. Et plærumq; contingit: vt hunc iudicij locus teneat: cui ad locum vita minime cocordat: ac proinde sæpe agitur: vt vel dãnet immeritos: vel alios ipse ligatus soluat: sæpe in soluẽdis subditis ac ligandis: suæ volũtatis motus: non aũt causarum merita sequatur. Vnde fit: vt ipsa hac ligandi ac soluẽdi potestate se priuet: qui hanc pro suis volũtatibus: & nõ pro subiectorum moribus exercet: Sæpe fit vt erga quẽlibet proximũ: odio vel gratia moueatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequeunt: qui in subditorum causis sua vel odia: vel gratiam sequũtur. Vnde recte per prophetam dicitur. Mortificabãt animas: quæ non moriũtur: & viuificabant animas: quæ non viuũt. Non morientem quippe mortificat qui iustũ dãnat: & non victurum viuificare nititur qui reũ a supplicio absoluere conatur. Causæ ergo pensandæ sunt & tũc ligãdi atq; soluedi potestas exercẽda: videndũ est quæ culpa: aut quæ sit poenitentia secuta post culpã: aut quos omnipotẽs deus per cõpũctionis gratiã visitat/ illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio presidẽtis: cum interni arbitriũ sequitur iudicis. Q ꝺ bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat; quę videlicet demõstrat: qa pri⁹ mortuũ dñs vocauit & viuificauit; dicẽs: lazare veni foras: & postmodũ is q viuens egressus fuerat a discipulis est solutus: sicut scriptũ est. Cũq; egressus esset qui fuerat ligat⁹ institis: tunc dixit discipulis suis. Soluite eũ & sinite abire. Ecce illũ discipuli iam viuentẽ soluũt; quem magister suscitauerat mortuũ. Si enim discipuli lazarum mortuum soluerẽt: foetorẽ magis ostenderent q̃ virtutem. Ex qua consideratione intuendum est: q illos nos debem⁹ per pastoralẽ autoritatem soluere: quos autorem nostrum cognoscimus per suscitãtem gratiã viuificare. Quæ nimirum viuificatio/ ante operationem rectitudinis in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Vnde & huic ipsi mortuo/ nequaq; dicit reuiuisce: sed veni foras. Omnis quippe peccator/ dũ culpã suã intra conscientiam abscondit/ introrsus latet/ in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras: cum peccator nequitias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dicitur: veni foras. ac si aperte cuilibet mortuo in culpã diceretur. Cur reatũ tuum intra conscientiã

Eporum grãdis est honor sed graue est pondus huius honoris.

Ezech. xiij.

Absolutio qñ dicit vera.

Joan. xj. c.

Peccatori vt lazaro dicendum est veni foras.

asbcondis. Foras iam per confessionem egredere: qui apud te interius per negationẽ lates. Veniat itaq; foras: mortuus.i.culpã cõfiteatur peccator. Venientẽ vero foras soluãt discipuli: vt pastores ecclesiæ ei pœnã debeãt amouere quã meruit: qui nõ erubuit cõfiteri qđ fecit. Hæc de solutiõis ordine breuiter dixerim: vt sub magno moderamine pastores ecclesiæ: vel soluere studeant; vel ligare. Sed vtrũ iuste vel iniuste obliget pastor: pastoris tamen sententia gregi timẽda est; ne is qui subest; & cũ iniuste forsitã ligat; ipsam obligationis suæ sententiã; ex alia culpa mereat. Pastor ergo vel absoluere indiscrete timeat; vel ligare. Is autẽ qui sub manu pastoris est; ligari timeat iuste vel iniuste; ne pastoris sui iudiciũ temere reprehendat: ne & si iniuste ligatus est; ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia: culpa quæ nõ erat: fiat. Sed quia hæc breuiter per excessum dixerimus: ad expositionis ordinem reuertamur.

Sententia pastoris iusta siue iniusta timenda est.

Segmentũ ex euangelio Ioãnis.x.cap. B. quod canitur dñica.ij.post resurrectionẽ. Historia facta est anno xpi.xxxiij.vi.klẽn.octob.in sabbato.



IN illo tẽpore. Dixit dñs Iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor aĩam suã ponit pro ouibus suis. Mercenarius autẽ; & qui non est pastor: cuius nõ sunt oues propriæ: videt lupũ veniẽtẽ & dimittit oues & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autẽ fugit: quia mercenarius est: & nõ pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus; & cognosco oues meas: & cognoscũt me meæ. Sicut nouit me pater: & ego agnosco patrem: & animã meã pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo: quæ nõ sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere; & vocẽ meã audiẽt: & fiet vnum ouile & vnus pastor.

Ne pertin. ad eũ de ouibus. Vaila vtacẽdũ erat nisi esset ei cura de ouibus. Iterũ fiet vnũ ouile & vnus grex & nõ pastor.

Homilia beati Gregorij papæ de eadẽ lectione. Habita ad populum in Basilica sancti Petri apostoli: dñica.i.post octa. paschæ.

AVdistis fratres charissimi ex lectione euãgelica eruditionẽ vestrã. audistis periculũ nrm. Ecce enim his qui nõ ex accidẽti bono; sed essentialiter bonus est; dicit. Ego sum pastor bonus. Atq; eiusdẽ bonitatis formã quã nos imitemur; adiũgit dicẽs. Bonus pastor aĩam suã ponit ꝓ ouib⁹ suis. Fecit qđ monuit: ostẽdit quod iussit. Bonus pastor ꝓ ouib⁹ suis aĩam posuit: vt in sacramẽto nro corp⁹ suũ & sanguinẽ verteret. & oues quas redimerat; car

nis suę alimento satiaret. Ostensa nobis de comptentu mortis via quam sequamur: apposita est forma cui imprimamur. Primū nobis est/exteriora nostra misericorditer pro ouibus eius impendere: postremū vero si necesse sit; etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo peruenitur ad postremum maius. Sed cum incōporabiliter longe sit melior anima; qua viuimus; q̄ terrena substantia; quam exterius possidemus: qui non dat pro ouibus substantiam suam/ quando pro his daturus est animam suam? Et sicut nonnulli qui dum plus terrenam subantiam q̄ oues diligunt: hi merito nomen pastoris perdunt: de quibus protinus subditur. ☞ Mercenarius autem & qui non est pastor: cuius non sunt oues proprię; videt lupum venientem; & dimittit oues & fugit. ◿ Non pastor; sed mercenarius vocatur: qui non pro amore intimo oues dominicas: sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est; qui locum quippe pastoris tenet: sed lucra animarum non quærit: terrenis cōmodis inhiat: honore prælationis gaudet: temporalibus lucris pascitur; impensa sibi ab hominib⁹ reuerentia lætatur. Istę sunt etenim mercedes mercenarij: vt ꝓ eo ipso quod in regimine laborat: hic q̄d quærit inueniat: & ab hæreditate gregis imposterū alien⁹ existat. Vtrū vero pastor sit an mercenarius: cognosci veraciter nō potest; si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tēpore plęrum ꝗ ad gregis custodiam sicut verius pastor; sic & mercenarius stat: sed lupus veniens indicat; quo quisꝗ animo super gregis custodiam stabat. Lupus autem super oues venit: cum quilibet iniustus & raptor fideles quosꝗ atꝗ humiles opprimit. Sed his q pastor esse videbatur; & non erat; reliquit oues & fugit: quia dum sibi ab eo periculū ingeri metuit; resistere ei⁹ iniustitię nō presumit. Fugit autem non mutando locum; sed subtrahendo solacium. Fugit; quia iniusticiam vidit & tacuit. Fugit: quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur. Non abscēdistis ex aduerso: neꝗ opposuistis murum pro domo israel: vt staretis in prelio in die domini. Ex aduerso quippe ascēdere. Est quibuslibet potestatibus praue agentibus; rationis libera voce contraire. Et in die domini pro domo israel in prælio stamus; ac murum opponimus; si fideles innocentes cōtra peruersorum iniusticiam ex iusticiæ autoritate vindicamus. Q̄d quia mercenarius non facit; cum venientem lupum viderit; fugit. Sed est alius lupus qui sine

Pastor bonꝰ duo pro ouibus impendere debet.

Textus.

Oues pascēs ꝓ temporali mercede non est pastor.

Lupus q̄s dicitur super oues venire.

Ezec. xiij. a.

menos presi... / mas ... / preparacion / ... a ... / andava

cessatione quotidie non corpora / sed mentes dilaniat: malign⁹ videlicet spiritus qui caulas fidelium insidians circuit: & mortē animarū quærit: de quo lupo mox subditur. ☞ Et lupus rapit & dispergit oues. ☞ Lupus venit & mercenarius fugit; quia malignus spiritus mētes fideliū in tentatione dilaniat; & is qui locum pastoris tenet / curā solicitudinis nō habet: & animæ pereunt: & ipse de terrenis lucris lætatur. Lupus rapit & dispergit oues: cū alium ad luxuriam pertrahit: aliū in auariciam accēdit: alium in superbiā erigit: alium per iracundiā diuidit: hunc inuidia stimulat: illū fallacia supplātat. Quasi ergo gregē lupus dissipat: cum fideliū populos diabolus per tentationes necat. Sed contra hæc mercenarius nullo zelo accenditur / nullo feruore dilectionis excitatur: quia dū sola exteriora cōmoda requirit; interiora gregis dāna neglīgēter patitur; vnde & mox adiūgitur. ☞ Mercenarius autē fugit; quia mercenarius est / & non pertinet ad eū de ouibus. ⊿ Sola ergo causa est vt mercenarius fugiat: quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur. Stare in periculo ouiū nō potest: quia in eo q̄d ouibus præest: nō oues diligit; sed lucrum terrenū quærit. Dum enim honorem amplectitur: dū tēporalibus cōmodis lætatur: opponere se contra periculum trepidat: ne hoc quod diligit; amittat. Sed quia redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit: iterum formam cui debemus imprimi ostendit; dicens. ☞ Ego sum pastor bonus. Atq; subiungit. Et cognosco oues meas: & cognoscunt me oues meę. ⊿ Et cognosco oues meas. hoc est diligo. & cognoscunt me meę. Ac si aperte dicat. Diligentes obsequuntur. Qui enim veritatē non diligit adhuc minime cognouit. Quia ergo audistis fratres periculū nostrum: pensate in verbis dominicis etiā periculū vestrum. videte si oues eius estis: videte si eum cognoscitis: videte si lumen veritatis scitis. Scitis autem dico: nō per fidē; sed per amorē. Scitis dico: nō ex credulitate; sed ex operatione. Nam idē ipse qui hæc loquitur Ioannes euangelista testatur; dicens. Qui dicit se nosse deū & mandata eius non custodit; mēdax est. Vnde & in hoc loco protinus dn̄s subdit. Sicut nouit me pater & ego agnosco patrē: & animam meā pono pro ouibus meis ☞ Ac si aperte dicat. In hoc constat quia & ego cognosco patrē: & cognoscor a patre: quia animā meā pono pro ouibus meis. id est ea charitate qua pro ouibus morior: quantū patrem diligam ostendo. Quia vero nō solū iudæā; sed etiā gentilitatē redimere venerat; adiūgit; dicēs. ☞ Et alias oues

Margin notes: Diabolus est alius lupus mentes dilanians. — Textus. — Mercenari⁹ stare in periculo ouiū nō potest. — i. Ioan. ij. — Iudeā & gentilitatē venerat deus redimere.

habeo: quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere; & vocem meam audient; & fiet vnum ouile & vnus pastor. Redē ptionē nostrā qui ex gentili populo venim⁹ dn̄s aspexerat cum se adduceret; & alias oues dicebat. Hoc quotidie aspicitis fratres fieri hec reconciliatis gentibus factū hodie videtis. Quasi ex duobus gregibus vnū ouile efficit: quia iudaicum & gentilem populū in sua fide coniungit: Paulo attestāte: qui ait. Ipse est pax nostra qui fecit vtraq̧ vnum. Dum enim ad æternam vitā ex vtraq̧ natione simplices eligit: ad ouile proprium oues deducit. De quibus profecto ouibus rursus ait. Oues meę vocem meam audiunt: & ego cognosco eas & sequūtur me; & ego vitam eternā do eis. De quibus & paulo superius dixit. Per me si quis introierit: saluabitur: & ingrediet̄ & egredietur: & pascua inueniet. Ingredietur quippe ad fidē: egredietur vero a fide ad spem; a credulitate ad contēplationem: pascua autem inueniet in ęterna refectiōe. Oues ergo eius pascua inuenient: quia quisquis illum corde simplici sequitur: æternę viriditatis pabulo nutritur. Quę aūt sunt istarꝫ ouium pascua: nisi interna gaudia semper virentis paradisi? Pascua nāq̧ electorum sunt: vultus præsens dei: qui dum sine defectu cōspicitur: sine fine mens vitæ cibo satiatur. In istis pascuis de æternitatis satietate lætati sunt: qui iam laqueos voluptuosæ temporalitatis euaserunt. Ibi hymnidici angelorū chori: ibi societas supernorum ciuium: ibi dulcis solemnitas á peregrinationis hui⁹ tristi labore redeuntium. Ibi prouidi prophetarū chori; ibi iudex apostolorum numerus; ibi innumerabilium martyrum victor exercitus: tanto illic lætior; quanto hic durius afflictus: ibi confessorum constantia; premij sui perceptione consolata. Ibi fideles viri: quos a virilitatis suæ labore voluptas sæculi emollire nō potuit. Ibi sanctæ mulieres; quæ cū sæculo & sexum vicerunt. Ibi pueri: qui hic annos suos moribus transcenderunt. Ibi senes; quos hic ætas debiles reddidit: & virtus operis nō reliquit. Quæram⁹ ergo fratres hæc pascua: in quib⁹ cū tantorū ciuiū solēnitate gaudeamus. Ipsa nos lætantiū festiuitas inuitat. Certe sicubi ppl̄s nūdinas celebraret: si ad alicui⁹ ecclesię dedicationē denūciata solēnitate cōcurret; festinarem⁹ oēs simul inueniri: interesse vnusquisq̧ satageret: grauise dāno afflictū crederet; si solēnitatē cōmunis lætitiæ nō videret. Ecce in cœlestib⁹ electorū ciuiū lætitia arguitur vicissim de se oēs in suo cōuentu gratulātur; & tamē nos ab amore æternitatis tepidi; nul

Ephe. ij. c.

Textus.

Pascua ouiū xpi que sunt.

Populus ad nūdinas & solemnitates libēter pergit.

lo desiderio ardemus; interesse tantæ solẽnitati nõ quærimus: priuamur gaudijs/ & læti sumus. Accẽdamus ergo animũ fratres; recalescat fides in id quod credidit; inardescãt ad superna nostra desideria: & sic amare iam ire est. Ab internæ solẽnitatis gaudio nulla nos aduersitas reuocet: quia & si quis ad locũ ꝓpositũ ire desiderat eius desideriũ quęlibet viæ asperitas nõ immutat. Nulla nos ꝓspe ritas blandiẽs seducat; quia stultus viator est; qui in itinere amœna prata conspiciens/ obliuiscitur ire quo tendebat. Toto ergo deside rio ad supernam patriam animus anhelet; nil in hoc mundo appetat: quod constat; quia citius relinquet: vt si cœlestis pastoris veraciter oues sumus; quia in viæ delectatiõe non figimur, æternis pascuis in præuentione satiemur. Tu autem. Viatoris stulti conditio.

Segmentum ex euãgelio Ioãnis. xvi. cap. C. quod canitur dñica .iij. post resurrectionem. Historia facta est anno xp̃i. xxxiij. ix. kl'. Aprilis. fer. v.



IN illo tẽpore. Dixit dñs Iesus discipulis suis. Modicũ & iam nõ videbitis me: & iterũ modicũ & videbitis me: quia vado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicẽ. Quid est hoc quod dicit nobis: modicũ & nõ videbitis me: & iterum modicum & videbitis me: quia vado ad patrẽ: Dicebãt ergo. Quid est hoc quod dicit modicũ: Nescimus quid loquitur. Cognouit aũt Iesus quia volebant eũ interrogare: & dixit eis. De hoc quæritis inter vos; quia dixi modicũ & nõ videbitis me: & iterum modicũ & videbitis me. Amẽ amen dico vobis/ quia plorabitis & flebitis vos: mũdus aũt gaudebit. Vos aũt cõtristabimini; sed tristicia vestra vertetur in gaudiũ. Mulier cum parit tristiciã habet: quia venit hora eius. Cũ autẽ peperit puerũ; iam nõ meminit pressuræ propter gaudiũ: quia natus est homo in mundũ. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis. Et reliqua. Vox eius posita est ꝓ hora sua in qua [illegible] (hand.)

Homilia venerabilis Bedæ presbyteri.

LAeta domini saluatoris nostri ꝓmissa fratres charissimi/ læto cordis auditu percipere debemus; sedulaq; intentione persistere; quaten⁹ ad hæc pertingere mereamur. Quid est enim qđ merito lætius audiamus/ q̃ꝫ perueniri posse ad gaudiũ quod nũq̃ꝫ possit auferri: Notãdũ aũt/ ꝙ tota lectionis euangelicæ series illis cõuenit: qui eã præsentẽ audierũt a dño: pars aũt illius etiã nobis: qui post passionẽ & resurrectionẽ dñicã ad fidẽ venim⁹/ aptissime

congruit. Quod ergo ait. Modicum & iam nō videbitis me: & iterum modicū & videbitis me: quia vado ad patrē. Ad illos specialiter pertinet; qui eius discipulatui prædicantis in carne adhęrere: & post tristiciam passionis visa resurrectione & ascentione eius lætificari meruerūt. Nam quia hæc illa qua tradebatur nocte locutus est modicum erat: idest eiusdem noctis & diei sequētis tempus vsq; ad horā; qua illum nō videre inciperent. Tentus enim nocte illa a iudæis: & in crastinū crucifixus: cum sero factum esset/ depositus est de cruce & intra septa sepulchri ab humanis seclusis obtutibus. Et iterum modicum erat/ vsq; dum illum viderent: resurrexit enim a mortuis die tertia: & apparuit eis in multis argumentis per dies quadraginta; quare autem modicum esset: vt nō viderēt eum: & iterum modicū vt viderēt/ annectit causam; dicēs. Quia vado ad patrē. Acsi aperte dicat. Ideo post modicū a vestris aspectibus in monumenti claustris abscondor: & iterum post modicū destructo mortis imperio/ vobis intuēdus appareo: quia tempus est vt expleta dispēsatione assumptę mortalitatis; cum resurrectionis triumpho iam reuertar ad patrē. Potest & aliter intelligi quod ait. Modicū & iam non videbitis me; & iterū modicū & videbitis me. Modicum quippe tempus futurū erat: quo eum non viderēt illud scilicet triduum quo erat quieturus in monumento; & iterū modicum erat futurū quo viderent eum/ illi vidlicet dies quadraginta: in quibus eis post passionem suā sæpius vsq; ad tēpus ascēsiōis apparuit. Quod autem subiungit: quia vado ad patrē: iuxta hunc sensum ad illud specialiter respicit qđ præmisit; & iterum modicum & videbitis me. Acsi aperte diceret. Propterea me resuscitatum a mortuis modico tēpore videbitis: quia non semper in terra corporaliter mansurus: sed per humanitatē quā assumpsi iam sum ascensurus in cœlum. Hæc quidē verba domini vt diximus illis specialiter qui eius resurrectionē viderunt: cōueniunt. Quod vero illis quærētibus exponēdo subiungit. Amen amen dico vobis; quia plorabitis & flebitis vos/ mūdus aūt gaudebit: vos autem contristabimini; sed tristicia vestra vertetur in gaudiū. & ipsorum & totius ecclesiæ statui congruit. Plorabāt quippe & flebant amatores christi: cum illū cōprehendi ab hostibus/ ligari/ ad consilium duci dānari/ flagellari/ derisui haberi: ad vltimū crucifigi/ lanceari & sepeliri viderent. Gaudebāt mundi amatores (quos ob infimas cogitatiōes mūdum vocat dn̄s) cum morte turpissima cōdēnarēt

illũ qui grauis erat eis etiam ad videndum. Contriſtabãtur diſcipu li poſito in morte deo: ſed agnita eius reſurrectione/ triſticia illorũ verſa eſt in gaudium. viſa aſcentionis patiẽtia/ iam maiori gaudio ſubleuati/ laudabãt dñm vt Lucas teſtatur. Sed & cunctis fidelib⁹ hic ſermo domini cõuenit: qui per lachrymas præſſuraſq; preſen tes ad gaudia æterna peruenire cõtendũt. Qui merito in præſen ti plorãt/ flent/ & triſtes ſunt: quia necdum valent videre quem di ligũt: quia quamdiu ſunt in corpore; peregrinari ſe a ſua patria & regno cognoſcunt: quia per labores & certamina ad coronam ſis bi perueniendũ eſſe nõ dubitãt. Quorum triſticia vertetur in gau diũ: cũ finito agone vitæ huius/ brauiũ vitæ perẽnis accipiunt. De quo dicitur in Pſal. Qui ſeminant in lachrymis in gaudio metent. Pſal.cxxv. Flentibus autem & cõtriſtatis fidelibus mundus gaudet: quia iure in præſentibus qualecumq; gaudiũ habent: qui alterius vitæ vel nulla eſſe gaudia ſperant: vel ſe ad hęc pertingere poſſe deſperãt. Quod tamen ſpecialiter de perſecutoribus fidei chriſtianę poteſt intelligi: qui cruciatis occiſiſq; martyribus; ad tempus ſe præua/ luiſſe gaudebãt: ſed non poſt multũ illis in occulto coronatis/ ipſi pœnas perfidiæ ſuæ ſimul & homicidij ſubibãt æternas. Quibus diuina increpatione recte dicitur per prophetam. Ecce ſerui mei lætabuntur; vos autem confundemini: ecce ſerui mei exultabunt Eſa.lxv.c. in lætícia; vos autem clamabitis præ dolore cordis veſtri: & præ cõ tritione ſpiritus vlulabitis. Sequitur. ℟ Mulier cum parit triſticiam habet: quia venit hora eius. ℞ Mulierem dicit ſanctam eccleſiã vi/ Mulierē dicit ſanctã ec/ delicet propter fœcunditatem bonorum operum: & quia ſpiritua cleſiam. les deo filios gignére vnq; non deſinit. De qua alibi dicit. Simile eſt regnum cœlorum fermento: quod acceptum mulier abſcõdit in farinæ ſata tria/ donec fermentaretur totum. Mulier quippe fer mentum accepit: cum eccleſia vim ſupernæ dilectionis & fidei do mino largitente conſecuta eſt. Abſcondit hoc in farinæ ſata tria do nec fermentaretur totum: cum Aſię Europæ & Aphricę partib⁹ verbum vitæ miniſtrauit: donec omnes terrarũ termini regni cœ leſtis amore flagrarent. Ad huius mulieris membra ſe pertinere ſignabat/ qui recedẽtibus quibuſdã a caſtitate fidei: triſtis aiebat. Filioli mei quos iterũ parturio; donec formetur chriſtus in vobis. Gala.iiij.c. Ad huius ſe membra pertinere teſtantur: qui cœleſtibus deſide/ rijs accenſi/ in conditoris ſui laude proclamãt. A timore tuo domi Eſa.xxvj.c. ne concepimus; & parturiuimus & peperimus ſpiritum. Hęc mu

lier cum parit;tristiciã habet;quia venit hora eius.Cum autem pe
perit puerum;iam non meminit pressuræ propter gaudium:quia
natus est homo in mundum.Quæ nimirum sancta ecclesia: quã
diu in mundo spiritualium virtutum profectibus insistit: nũquam
mundi tentationibus exerceri desistit. At cum deuicto laborum
certamine ad palmam peruenerit;iam nõ meminit pressuræ præ
Roma.viij. cedentis:propter gaudium perceptæ retributiõis.Non sunt enim
condigne passiones huius temporis / ad supernam gloriam quæ
reuelabitur in nobis. Non meminit (inquit) pressuræ ꝓpter gau-
dium:quia natus est homo in mundum. Sicut enim mulier nato
in hoc mundo homine lætatur;ita Ecclesia nato in vitam futuram
fidelium populo/digna exultatione repletur:pro qua eius natiui-
tate multum laborans & gemens in præsenti/quasi parturiens do
let.Nec nouum debet cuiꝗ videri si natus dicatur:qui ex hac vita
migrauerit.Quomodo enim consuete nasci dicitur;cum quis de
vtero matris procedens hanc in lucem egreditur;ita etiam rectissi
me potest natus appellari/qui solutus a vinculis carnis/ ad lucem
Quare nata sublimatur æternam. Vnde mos obtinuit ecclesiastic⁹:vt dies bea
lis dies appel torum martyrum siue confessorum Christi quibus de sæculo tran
lam⁹ qñ mo- sierunt natales vocitemus:eorumꝗ solẽnia non funebria:sed nata
riũtur sancti. licia dicantur.Sequitur;dominus exponẽs ipse paradigma:quod
Textus. de muliere posuit.Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis:
iterum autem videbo vos & gaudebit cor vestrum; & gaudium
vestrũ nemo tollet a vobis. Quod de ipsis quidem discipulis fa-
cile intelligitur:quia tristiciam habuerunt passo ac sepulto domi-
no;sed facta resurrectionis gloria:gauisi sunt viso domino. Et gau
dium eorum nemo tulit ab eis;quia & si postmodũ persecutiones
pro Christi nomine ac tormẽta passi sunt: spe tamẽ resurrectionis
& visionis illius accensi/libẽter quæꝗ aduersa ferebãt: immo om
ne gaudium existimabant/cum in tentationes varias inciderent.
Actuũ.v.g. Deniꝗ cæsi a principibus sacerdotum (vt scriptũ est) ibant gau-
dentes a conspectu concilij;quoniam digni habiti sunt pro nomi-
ne Iesu cõtumeliam pati. Gaudium eorum nemo tulit ab eis:quia
talia patiẽdo pro Christo:meruerũt regnare sine fine cũ Christo.
Sed & omnis ecclesia per huius vitæ labores & angustias/ad æter
na cœlestium tẽdit premia gaudioꝝ: attestante Ap̃lo. Quia per
Actu.xiiij. multas tribulationes oportet nos introire in regnũ dei. Quod au
tem ait, Iterũ videbo vos & gaudebit cor vestrũ. Videbo vos

dixit:eripiam vos ab aduersarijs: coronabo vos victores: me vos decertãtes semper vidisse probabo. Quando enim non videret suos maxime pressuris circũuentos: cũ quibus se ipse omnib⁹ diebus seculi manere promisit? sed morientibus inter tormenta fidelibus; arbitrãtur eos tortores diuino carere præsidio dicẽtes. Vbi est deus eorũ? Vnde quidam ex his circũseptus erumnis aiebat. Vide dñe afflictionẽ meam: quoniam erectus est inimic⁹ meus. Quod est aperte dicere. Quoniã inimicus insequens ceruicẽ superbiæ contra tuos humiles attollit: tuo nos auxilio conditor noster omnipotẽs subleua: deuictis ac repulsis hostib⁹ nostros semp agones vidisse; tibi hos placuisse; cõproba. Videt ita electos post tristiciam dñs: cum eorum patiẽtiam (damnato impugnatore) remunerat. Potest & ita intelligi qđ ait; iterum aũt videbo vos (quasi diceret) Iterũ vobis videndus appareo: quomodo dixit Abrae. Nunc cognoui qꝫ timeas dominũ: pro eo vt diceret: nũc cognoscere homines feci qꝫ timeas deum; qui hactenus nesciebãt qđ apud me certũ semper habui. Si ergo fratres charissimi salubri nũc tristicia afficimur: si iuxta hortamenta apostoli spe gaudentes; in tribulatione existimus patiẽtes: si nostra errata: si miserias proximorum debita lementatione deflemus; videbit nos iterum dñs (idest videndum se nobis ostendet in futuro) qui quondam nos videre fidei suæ nobis agnitionem largiendo dignatus est. Videbit vt coronet: qui quondam vidit; vt vocaret. Videbit & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum non tollet a vobis: quia hæc est vera & vnica merces eorum: qui secundũ deum contristatur de perpetua eius visione gaudere. Quam profecto mercedẽ promisit ipse sublimiter; cum ait. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Quã desiderabat ardenter propheta: cũ dicebat. Sitiuit anima mea ad deũ viuũ: quando veniã & apparebo ante faciem dei? Quã se apostolus cũ suis similibus accepturũ esse gratulatur: qui certaminum suorũ conscius: confidẽter protestatur: dicens. Videmus nunc per speculum in ęnigmate: tunc autem facie ad faciem. Quam nos quoqꝫ & fideliter quęrere & veraciter apprehẽdere donet ipse certantium auxiliator & vincentiũ remunerator; Iesus christus dominus noster: qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritussãcti deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Matt.xxviij. Threno.i. Gene.xxij. Roma.xij. Matt.v.e. Psal.xlj. j.Cori.xiij.a

Segmentum ex euangelio Ioannis.xvi.capite.B.
quod canitur in dominica.iiij.post pascha.


IN illo tēpore. Dixit dominus Iesus discipulis suis Vado ad eum qui misit me; & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hęc locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et cum venerit ille arguet mūdum de peccato; & de iusticia; & de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iusticia vero: quia ad patrem vado & iam non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps huius mūdi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso sed quęcunq; audiet loquetur; & quę ventura sunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit; quia de meo accipiet: & annunciabit vobis. Omnia quęcūq; habet pater; mea sunt: ꝓpterea dixi quia de meo accipiet: & annunciabit vobis. Et reliqua.

Ex dictis sancti Augustini de verbis dñi.

SIgnificat sic se iterum ad eum qui misit illum: vt nullus interrogaret quod palam fieri visu corporis cernerēt. Nam superius interrogauerant eū: quo esset iturus: dum ad passionem properauit. & respondit eo se iterū; quo illi tunc sequi nō possent. Nūc autē sic se dicit iturū: vt nullus quo vadit interroget. Nubes enim suscepit eum: quando ascendit ab eis; & euntē in cœlum non verbis quæsierunt: sed oculis viderūt.

Textus. ☞ Sed quia hæc locutus sum vobis (inquit) tristicia impleuit cor vestrū. ◁ Videbat vtiq; quid illa sua verba in eorum cordibus agerent: spiritualē quippe nondū habētes interius consolationē: quā per spiritum sanctum fuerant habituri; id quod exterius in christo videbant: ammittere metuebant.

Textus. ☞ Sed ego veritatē dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. ◁ Ac si aperte diceret. Expedit vt forma serui vestris subtrahatur aspectibus: quatenus amor diuinitatis aptius vestris infigatur mētibus. Expedit vt notā vobis formā cœlo inferā: quatenus per hoc maiori desiderio illuc suspiretis.

Textus. ☞ Si enim non abiero: paracletus non veniet ad vos. Si autē abiero: mittā eum ad vos. ◁ Non quia nō poterat ipse in terra positus: dare spiritū discipulis: hęc loquitur: cum aperte legitur: quia post resurrectionē apparēs eis: insufflauit; &

Joan. xx. d. e. dixit eis, Accipite spiritū sanctū, sed ipso i terrra posito; & corpora

liter cōuersante cum eis: nō valebant ad illū erigere mentē ad sitiēda munera gratiæ cœlestis. Ascēdente autē illo ad cœlos: & illi pariter omne desiderium suū in illum transferebant. Ideo capaces spiritussancti iam facti erant: non vltra de morte eius cōtristati: sed promissionis eius munere lætati. Pater autē nec laboriosa expositione indiget: cur eundē spiritum paracletum: idest consolatorem cognominauerit. Quia nimirū corda discipulorum quę recessus ipsius mœsta reddidisset: huius consolaretur & recrearet aduētus. Non quod antea spiritussanctus non esset in cordibus discipulorum: vel etiam antiquorū sanctorū: sed manifesta plenitudine ante sic nō fuit datus; quomodo post ascensionem die decimo in cētum viginti homines: transmissus legitur. Sed in nullo opere cuiuslibet personæ patris vel filij; vel spiritussancti: totiusq; sanctę trinitatis operatio defuit: sed oportebat ita insinuari trinitatē; vt quāuis nulla esset diuersitas substantiæ: sigillatim tamen comendaretur distinctio personarum. Et cum venerit: ille arguet mundū. Quid est quod dixit: cū venerit: ille arguet mūdū: Nunquid xp̄s dum esset in mundo nō arguit mundū: de his omnibus quæ sequūtur: Sed christus solā iudæorū gentē arguit. Spiritus vero sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis/ nō vnam gentē intelligitur arguisse; sed mundū. In quo arguit: in eo per spiritum sanctū charitas diffusa est in cordibus eorū: quę foras mittit timorē. vt nō metuerēt mundum: idest amatores mundi arguere de peccato: & de iusticia; & de iudicio. Quam sentētiā ipse christus exposuit; dicēs. De peccato: quia nō credunt in me. Peccatū incredulitatis quasi speciale posuit. Quia sicut fides origo virtutum: ita solidamentum est viciorū in incredulitate persistere. Domino terribiliter attestante: qui ait. Qui autem non credit: iam iudicatus est: quia nō credit in nomine vnigeniti filii dei.

Spiritū sanctum cur paracletū appellauit.


Textus.

Charitas foras mittit timorem.

Fides origo virtutum.

Joan.iij.

Segmētū ex euāgelio Ioānis.xvi.cap̄.q̄d canit̄ dñica.v. post pascha. Historia hui⁹ euangelij facta est anno xp̄i.xxxiij.ix.kleñ. Apri.feria.v.in cœna dñi.



In illo tēpore. Dixit dominus Iesus discipulis suis. Vsq; modo non petijstis quicq̄: in nomine meo. petite & accipietis: vt gaudiū vestrum sit plenum. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palam de patre meo annuncio vobis. In illo die

in nomine meo petitis. Et nunc dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos: quia vos me amastis: & credidistis: quia a deo exiui. Et reliqua.

Homilia Augustini episcopi.

Duobus modis intelligi potest: vel quia in nomine meo nō petijstis: quod nomē non sicut cognoscendum est; cognouistis; vel non petijstis quicq̄: quoniam in cōparatione rerum quas petere debuistis: pro nihilo habēdum est; quod petijstis: quia qui petit: quod ad sempiternam salutem & gaudium æternū nō pertinet: nihil petere videtur ad cōprratiodē illi⁹ petitionis: quā petere debuit. Vsq̄ modo nō petijstis quicq̄ in nomine meo. Vel ita intelligendū est: non petierūt eatenus in nomine saluatoris: qui dū ipsius saluatoris visibili præsentia complerentur; minus ad inuisibilia salutis dona mentis intuitū erexerant. Qui vero cōtra rationem salutis suæ petit: non petit in nomine Iesu. Hinc dominus sequenter ait. Petite & accipietis: vt gaudium vestrū sit plenū. Significans quid sit nobis petendū (idest) vt plenū sit gaudiū vestrū. Vnde ait. Et accipietis. Si illa petimus quæ ad plenitudinē æternorum pertineant gaudiorū: accipiemus. Plenum ergo gaudium beatitudinē perpetuę pacis appellat. Ait itaq̄. Petite & accipietis vt gaudium vestrum sit plenum. Ac si patēter dicat. Non fluxa sæculi gaudia quæ & mœrore sunt permixta: & dolore finienda sunt: sed illud singulare gaudiū a patre petite: cuius plenitudo nullo cuiuslibet inquietudinis attactu minuatur: nullo vnq̄ termino dissoluatur. Hæc in prouerbijs locutus sum: vobis: venit hora cū iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palam de patre anūciabo vobis. Nam paruuli fuerant: & necdum intelligere potuerāt; quomodo pater esset in filio: & fili⁹ in patre: & cætera quę ad profundam mysteriorū diuinitatem pertinebāt; necdum scire potuerunt. Ideo in prouerbijs quasi in ænigmate loqui illis videbaī dominus: sed promittit illam horā; in qua palam illis de patre loqueretur. Illā nimirum horam significabat: qua his peracta sua passione ac resurrectione spiritussancti erat gratiā daturus. Tūc etenim spiritualiter intus instructi: spirituali dilectione succēsi: quo perfectius omnia quę de agnitione diuinitatis mortalibus erāt capiēda: cœperunt eo ardentius sola: quæ ad eius visionem promerendā iuuarēt petere ac desiderare curauerūt. In illa die in nomine meo petistis. Idest quę ad salutē tātūmodo animarū vestrarū: &


Qui non petit q̄ad sempiternam salutē pertinēt nil petit.

Plenum gaudium beatitudo pacis est.

quæ ad gaudia æterna pertinere videtur: petere incipietis; & maxime; vt intelligatis quod dixi. Ego & pater vnũ sumus: vel quomodo pater sit in me: & ego in pater. Tunc in eius noĩe petũt: qui dicuntur petere: quia in sancto eius nomine non aliud ꝙ̄ res ipsa est: quæ hoc nomine vocatur: intelligunt. Hi possunt vtrumqꝫ cogitare dominũ nostrũ Iesum Christũ in quãtum homo est ꝑ nobis interpellare patrẽ: In quãtum deus est nos exaudire cum patre: quod eum significasse arbitror: vbi ait. Et nunc dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Potest enim non incõueniẽter accipi: quod ait. Et tũc dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis; quia non de præsenti rogo: sed de futuro posuit/rogabo. Quod sanctis ad internam pacem receptis; non opus sit iam aliquid rogare de illis: quia nimirum tanta beatitudine donãdi sint. quæ amplius esse non possit.

Pro sanctis non est opus rogare.

Segmentũ ex euãgelio. Marci. xvi. cap. C. quod canitur in die ascẽsionis dñi. Historia ipso die facta est ascẽsionis scilicet feria. v. iij. nonas Iunij. Anno Christi. xxxiij.


IN illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis: apparuit illis Iesus: & exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ & duriciã cordis: quia his qui viderant resurrexisse nõ crediderũt: & dixit eis. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangeliũ omni creaturæ. Qui credederit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero nõ crediderit comdemnabitur. Et reliqua.

Homilia beati Gregorij papæ de eadẽ lectione. Habita ad populũ in basilica beati Petri in ascẽsione dñi.

QVod resurrectionẽ dominicã discipuli tarde crediderunt nõ tã illoꝝ infirmitas ꝙ̄ nostra (vt ita dicã) futura firmitas fuit. Ipsa namqꝫ resurrectio illis dubitantibꝰ; per multa argumẽta monstrata est: quæ dum nos legẽtes agnoscimus; quid aliud ꝙ̄ de illorum dubitatione solidamur: Minus enim mihi Maria magdalena præstitit quæ citiꝰ credidit: ꝙ̄ Thomas qui diu dubitauit. Ille enim dubitãdo vulnerũ cicatrices tetigit: & de nostro pectore dubietatis vulnus amputauit. Ad insinuandum quoqꝫ veritatem dominicę resurrectionis: notandum nobis est quid Lucas referat; dicẽs. Conuescẽs pręcepit eis ab hierosolymis ne discederẽt. Et post pauca. Vidẽtibus illis eleuatꝰ est: & nubes suscepit eũ ab oculis eorum. Notate verba; signate mysteria. Cõuescẽs eleuatus est; come

Magdalena cito credens minus nobis ꝓstitit ꝙ̄ thomas qui diu dubitauit.

Actuũ. i. a.

dit & ascēdit; vt videlicet per effectum comestionis veritas patesce ret carnis. Marcus vero priusquā cœlum dn̄s ascenderat/ illum de cordis atq; infidelitatis duricia increpasse discipl'os memorat. Qua in re, quid considerandum est; nisi q; idcirco dn̄s tunc discipulos increpauit cum eos corporaliter reliquit: vt verba quæ recedēs dice ret in corde audientiū arctius impressa remanerent. Increpata igi tur eorū duricia: quid admonēdo dicat: audiamus. Euntes in mū dum vniuersum; prædicate Euangeliū omni creaturæ. Nunquid fratres mei Euangeliū: vel insensatis rebus vel animalibus brutis fuerat prædicandū: vt de eo discipulis dicatur. Prędicate Euāgeliū omni creaturę? Sed omnis creaturæ nomine signatur homo. Sūt namq; lapides: sed nec viuūt: nec sentiunt. Sunt herbæ & arbusta; viuūt quidē; sed nō sentiūt. viuūt dico, nō per aīam: sed per virídita tem: quia & Paulus dicit. Incipiens tu quod seminas nō viuificat; nisi prius moriatur. Venit ergo quod moritur: vt viuificetur. Lapi des itaq; sunt; sed non viuunt. Arbusta autem sunt & viuūt: sed nō sentiunt. Bruta vero animalia sunt; viuunt sentiunt: sed non discer nunt. Angeli enim sunt; viuūt; sentiunt; & discernūt. Omnis autē creaturæ aliquid habet homo. Habet nāq; cōmune esse cū lapidi bus/ viuere cum arborib⁹/ sentire cū animalibus; intelligere cū an gelis. Si igitur cōmune habet aliquid cū omni creatura homo: iu xta aliquid omnis creatura homo est. Omni ergo creaturæ prædi catur euangeliū cum soli homini prædicatur: quia videlicet ille do cetur propter quē in terra omnia creata sunt: & a quo oīa per quā dam similitudinē aliena non sunt. Potest etiam omnis creaturæ no mine omnis natio gentium designari. Ante etenim dictū fuerat: in viam gentium ne abieritis; nunc autē dicitur. Prædicate euāgeliū omni creaturæ: vt scilicet prius a iudæa Apostolorū repulsa prædi catio: tūc nobis in adiutoriū fieret: cū hāc illa ad dānationis suæ testimoniū superba repulisset. Sed cū discipulos ad prædicandū veritas mittit: quid aliud in mundo facit/ nisi grana seminis spargit: & pauca grana mittit in semine: vt multarū messium fruges reci piat ex nr̄a fide: & neq; eīm in vniuerso mūdo tāta fidelium messis exurgeret: si de manu dn̄i sup rōnalem terrā illa electa grana præ dicantiū non venissent. Sequitur. Qui crediderit & baptizatus fuerit/ saluus erit: qui vero non crediderit cōdēnabitur: Fortasse vnusquisq; apud semetipsum dicat. Ego iā credidi: saluus ero: ve rum dicit/ si fidem operib⁹ tenet. Vere etenim fides est: quę in hoc

Uerba vltia recedentium altius remanent fixa corde audientium.

Euangelium qualiter potest prædicari omni creature

j. Cor. xv. c.

Homo potest dici oīs creature.

Matt. x. a.

Textus.

Que sit vera fides.

quod verbis dicit/moribus nõ cõtradicit. Hinc est qđ de quibusdam falsis fidelibus Paulus ait. Qui confitentur se nosse deum: factis autem negant. Hinc Ioannes ait. Qui dicit se nosse deũ & mãdata eius nõ custodit: mẽdax est. Quod cũ ita sit; fidei nostræ veritatem in vitæ nostræ cõsideratione debemus agnoscere. Tũc eñ veraciter fideles sumus: si qđ verbis ꝓmittimus/operibus implemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus; atq; oĩbus pompis renũciare promisimus. Itaq; vnusquisq; vestrum ad considerationẽ suam mentis oculos reducat: & cõsideret: si seruat post baptismum; quod ante baptismũ spopõdit: certus iam (quia fidelis est) gaudeat. Sed ecce si qđ promisit minime seruauit: si ad exercenda praua opera; ad concupiscendas mundi põpas dilapsus est/videamus si iam scit plãgere qđ errauit. Apud misericordem namq; iudicẽ; nec ille fallax habebitur qui ad veritatẽ reuertitur; etiam postq; mentitur: quia omp̃s deus dum libẽter nostram pœnitentiam suscipit; ipse suo iudicio hoc quod errauimus abscondit. Sequitur. ¶ Signa autẽ eos: qui credituri sunt hęc sequẽtur. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquẽtur nouis: serpẽtes tollent. Et si mortiferũ quid biberint: nõ nocebit eis. Super ægros manus imponent; & bene habebunt. ¶ Nunquid nã fratres mei: quia ista signa non facitis minime creditis? Sed hæc necessaria in exordio ecclesiæ fuerunt. Vt enim fides cresceret; miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbusta plãtamus; tandiu eis aquã fundimus; quousq; ea in terra iam cõualuisse videam⁹. At si semel radicẽ in terra fixerint; irrigatio cessabit. Hinc est enim qđ Paulus dicit. Linguæ in signũ sunt: non fidelibus; sed infidelibus. An habemus de his signis; atq; virtutibus; quæ adhuc subtilius cõsiderare debemus? Sancta quippe ecclesia quotidie spiritualiter facit; qđ tũc per Apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eis cum per exorcismi gratiã manũ credentibus imponũt. & habitare malignos spiritus in eorũ mente contradicũt: quid aliud faciũt: nisi dæmonia eijciunt? Et fideles quiq; qui iam vitæ veteris sæcularia verba derelinquunt: sancta aũt mysteria insonant: conditoris sui laudes & potẽtiam quantum preualẽt/narrant: quid aliud faciũt nisi nouis linguis loquũtur? Qui dum bonis suis exhortationib⁹ maliciam de alienis cordibus auferunt: serpentes tollunt. Et dum pestiferas persuasiones audiunt: sed tamẽ ad operationẽ prauã minime pertrahũtur: mortiferũ quidẽ est qđ bibũt; sed nõ eis nocebit.

Ad timo. z.
j. Joan. ij. a.
Fideles veraciter sunt qui operibus complẽt quod verbis ꝓmittũt.
Miracula fuerunt in exordio ecclesiæ necessaria.
j. Cor. xiiij. d.
Sacerdotes etiam hodie dæmonia per illos eijciunt.

Qui quoties proximos suos in bono opere confirmari cōspiciūt dum eis tota virtute concurrunt; & exemplo suæ operationis illorum vitā roborant: qui in propria actione titubant: quid aliud faciunt / nisi super ægros manus imponunt: vt bene habeāt? Quæ nimirum miracula; tanto maiora sunt quāto spiritualia: tanto maiora sunt; quanto per hæc nō corpora sed animæ suscitātur. Hæc itaq; signa fratres charissimi autore deo si vultis facitis vos. Ex illis enim exterioribus signis obtineri vita ad hæc operātibus nō valet Nam corporalia illa miracula ostendunt aliqn̄ sanctitatē / non aūt faciunt. Hæc vero spiritualia quæ agūtur in mente; virtutem vitę non ostendunt sed faciunt. Illa habere & mali possunt: istis aūt perfrui nisi boni non possunt. Vnde de quibusdā veritas dicit. Multi dicent mihi in illa die / dn̄e dn̄e / nonne in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo dæmonia eiecimus: & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia nunq̄ noui vos: discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Nolite ergo fratres charissimi amare signa: quæ possunt cum reprobis haberi cōmunia: sed hæc quę modo diximus charitatis atq; pietatis miracula amate: quæ tanto securiora sunt: quāto & occulta: & de quibus apud dominum eo maior fit retributio: quo apud homines minor est gloria. Sequitur. ☞Et dn̄s quidē Iesus postq̄ locut⁹ est eis: assumptus est in cęlum & sedet a dextris dei. ◿In veteri testamēto cognouimus q̄ Helias raptus sit in cœlum. Sed aliud est cœlum aëreum; aliud æthereum. Cœlum quippe aëreum; terræ est proximū; vnde & aues cœli dicimus: quia eas volitare in aëre videmus. In cœlum quippe aëreū Helias subleuat⁹ est: vt in secretā quādā terræ regionē repēte duceretur; vbi in magna iam carnis & spirit⁹ quiete viueret; quousq; ad finem mūdi redeat: & mortis debitū soluat. Ille enim mortē distulit: nō euasit Redemptor autem noster: quia non distulit superauit: eam p̄ resurgendo cōsumpsit: & resurrectionis suæ gloriā ascendendo declarauit. Notandū quoq; q̄ Helias legitur in curru ascēdisse: vt videlicet aperte mōstraretur: quia pri⁹ homo adiutorio egebat alieno. Per angelos quippe illa facta & ostensa sunt adiumēta: quia nec ad cœlū quidē aëreum per se ascēdere poterat: quem naturæ suæ infirmitas grauabat. Redemptor autē noster non curru; non angelis subleuatus legitur; quia is qui fecerat omnia nimirum super omnia sua virtute ferebatur. Illuc etenī reuertebatur / vbi erat: & inde redibat / vbi remanebat: quia

Miracula sanctitatem ostēdunt: sed non faciunt.

Matt. vii. c

Psal. vi.

iiii. Reg. ij.

Cęlum est et ethereū et aereum.

iiij. Reg ij. b

cum per humanitatē ascēderet in cœlū: per diuinitatē suā & terrā
pariter continebat & cœlū. Sicut autē Ioseph a fratrib⁹ vēditus; vē
ditionē redēptoris nostri figurauit: sic Enoch trāslatus atq; ad cœ-
lum aëreū Helia subleuatus: ascensionem dominicam vterq; de-
signauit. Ascensionis ergo suę domin⁹ pręnūcios & testes habuit:
vnum ante legem: alium sub lege: vt quandoq; veniret ipse qui
veraciter cœlos penetrare potuisset. Vnde & ipse ordo in eorum
quoq; vtrorūq; subleuatione; per quędā incremēta distinguitur.
Nā enoch translatus: Helias vero ad cœlū subuectus esse memo-
ratur: vt veniret postmodū qui nec trāslatus; nec subuectus; cœlū
æthereū sua virtute penetraret. Qui nobis in se credētibus: quia
carnis quoq; mundiciā largiretur: & sub eo per incrementa tēpo
rum virtus castitatis excresceret: in ipsa quoq; eorum translatione
qui ascensionē dn̄icam; vt videlicet famuli designauerunt: & in se
ipso qui ad cœlos ascendit dn̄s ostendit. Nam enoch quidē vxorē
& filios habuit: Helias vero neq; vxorē neq; filios legit̄ habuisse.
Pensate ergo quomodo per incrementa tēporū creuit mundicia
sanctitatis: quod & per translatos famulos: & p ascendētis dn̄i per
sonam patenter ostenditur. Translatus nāq; est enoch; & p coitū
genitus; & per coitum generans. Raptus est helias per coitum ge
nitus; sed non per coitum generans. Assumpus vero est dn̄s: neq;
per coitum generans; neq; per coitum generatus. Considerandū
vero nobis est; quid est quod Marcus ait. Sedet ad dextris dei. &
Stephanus dicit. Video cœlos apertos; & filiū hominis stantem a
dextris dei. Quid est q hunc Marcus sedētē: Stephanus vero stā
tem se vidisse testatur? Sed scitis charissimi fratres: quia sedere iu-
dicātis est: stare vero pugnantis vel adiuuātis. Quia igitur redē-
ptor assumptor in cœlum: & nunc omnia iudicat: & ad extremū
iudex omnium veniet: hūc post assunptionem Mrrcus sedere de
scribit: quia post ascensionis suæ gloriam iudex in fine videbitur.
Stephanus vero hūc in laboris certamine positus stātē vidit: quē
adiutorē habuit: qa vt iste in terra psecutorꝫ infidelitatē vinceret
pro illo de cœlo illius gratia pugnauit. Sequit̄. Illi autē profecti
prædicauerūt vbiq; dn̄o cooperante: & sermonē confirmante se-
quentibus signis. Quid in his considerandū est: quid memoriæ
cōmendandū: nisi q preceptum obedientia: obedientia vero signa
secuta sunt? Sed qa autore deo breuiter lectionē euāgelicā expo-
nēdo transcurrimus; restat vt aliquid de ipsa tāte cōsideratione so

Marginal notes:
Ech. xxvij.
Genn.v.d.
Ascensionis sue dn̄s preenuncios habuit.
Enoch in celū translatus vxorē & filios habuit.
Mar. xvj.d.
Actu. vij. G.
Redemptor quare describitur sedēs a marco: quem tū stantē stephanus testatus est.


lemnitatis dicamus. Hoc autē nobis primū quærendum est: quid nam sit; ꝙ nato domino apparuerunt angeli: & tamen non legun tur in albis vestibus apparuisse; ascendente autē domino missi an/ geli in albis vestibus legūtur apparuisse. Sic etenim scriptum est. Videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eū ab oculis eorū.
Actuum.i. Cūq́ intuerentur in cœlum euntem illum: ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestib⁹ albis. In albis aūt vestibus; gaudium & solem nitas mentis ostenditur. Quid est ergo ꝙ nato domino non in al bis vestibus: ascendente autē domino in albis vestibus apparent angeli: nisi ꝙ magna tunc solēnitas angelis facta est; cū cœlū deus homo penetrauit? Quin nascēte domino diuinitas videbatur hu miliata: ascendēte autem dn̄o est humilitas exaltata. Albę etenim vestes exaltationi magis cōgruunt ꝙ̄ humiliationi. In assumptio ne ergo eius angeli in albis vestibus videri debuerunt: quia qui in natiuitate sua apparuit deus humilis; in ascensione sua ostensus est homo sublimis. Sed hoc nobis magnopere fratres charissimi / in hac solemnitate pēsandū est: quia deletum est hodierna die chiro graphum dānationis nostræ; mutata est sentētia corruptionis no stræ. Illa enim natura (cui dictū est) terra est; & in terrā ibis; hodie in cœlum iuit. Pro hac ipsa enim carnis nostræ subleuatione per fi
Gene.iij. guram beatus Iob dominū aūt vocat. Quia enim ascēsionis eius mysterium iudęam intelligere nō cōspexit, de infidelitate eius sen tentiam protulit; dicens. Semitam ignorauit auis. Auis autem re
Iob.xxviij. cte appellatus est dominus: quia corpus carneum ad æthera libra uit. Cuius auis semitā ignorauit: quisquis eū ad cœlum ascendisse non credidit. De hac solēnitate per psalmistam dicitur. Eleuata est magnificētia tua super cœlos. De hac rursus ait. Ascendit deus in
Ps.viij. Ps.xlvj. Ps.lxvij. iubilatione: & dominus in voce tubæ. De hac iterum dicit. Ascen dens in altum; captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hominib⁹. Ascendens quippe in altum captiuā duxit captiuitatē: quia corru ptionē nostram virtute suæ incorruptionis absorbuit. Dedit vero dona hominibus: quia misso desuper spiritu, ali sermonem sapien tiæ / ali sermonem scientiæ / ali gratiam virtutum / ali gratiam cu rationum / ali genera linguarum / ali interpretationem sermonū tribuit. Dedit ergo dona hominibus. De hac ascensionis eius glo
Abach.iij. ria etiā Abachuc ait. Eleuatus est sol: & luna stetit in ordine suo. Quis em̄ solis nomine nisi dn̄s: & quæ lunæ nomine nisi ecclesia designatur? Quousq́ enim dn̄s ascēdit ad cœlos: sancta ei⁹ eccle

sia aduersa mundi omnimodo formidauit. At postq̃ eius ascensio ne roborata est aperte prædicauit; qđ occulte credidit. Eleuat⁹ est ergo sol: & luna stetit in ordine suo: quia cum dominus cœlum pe tijt; sancta eius ecclesia in autoritate prædicationis excreuit. Hinc eiusdem ecclesiæ voce per Salomonẽ dicitur. Ecce hic venit saliẽs in montibus; transiliens colles. Considerauit nanq; tantorum ope rum culmina; & ait. Ecce iste venit saliẽs in montibus. Veniendo quippe ad redemptionem nostrã quosdam (vt ita dixerim) saltus fecit. Vultis fratres charissimi ipsos ei⁹ saltus cognoscere? De cœ lo venit in vterũ virginis: de vtero venit in præsepe: de præsepio venit in crucem: de cruce venit in sepulchrum: de sepulchro redijt in cœlum. Ecce vt nos post se currere faceret; quosdam pro nobis saltus manifestat; per carnem veritas dedit: quia & exultauit vt gi gas ad currendã viam: vt nos ei ex corde diceremus; trahe me post te; curremus in odore vnguentorum tuorum. Vnde fratres cha rissimi oportet vt illuc sequamur corde; vbi eũ corpore ascendisse credimus; desideria terrena fugiam⁹: nihil nos delectet in infimis qui patrem habem⁹ in cœlis. Et hoc nobis magnopere est perpẽ dendum: quia is qui placidus ascẽdit; terribilis redibit: & quicquid nobis cum mansuetudine præcepit; hoc a nobis cum districtiõe exiget. Nemo ergo indulta pœnitentię tẽpore paruipẽdat: nemo curam sui dum valet agere negligat: quia redẽptor noster tantũ tunc in iudicium districtior veniet; quanto nobis ante iudiciũ ma gnam patientiã prærogauit. Hæc itaq; vobiscũ fratres agite: hæc in mente sedula cogitatione versate. Quamuis adhuc rerum per turbationibus animus fluctuet: iam tamen spei vestræ anchoram in ęterna patria figite: intentionem mẽtis in vera luce solidate. Ec ce ad cœlum ascẽdisse dominum audiuimus: hoc ergo seruemus in meditatione: quod credimus: & si adhuc hic tenemur in infirmi tate corporis: sequamur eum tamen passibus amoris. Non autem deserit desiderium nostrum; ipse qui dedit Iesus christus dominus noster. Qui viuit & regnat cũ deo patre: in vnitate spiritussancti deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Canti. ij. b. — Ps. xviij. a. — Canti. j. a.



Segmentum ex euangelio Ioannis capite. xiij.
C. Quod canitur die sancto pentecostes.
Historia facta est anno christi. xxxiij.
nono klendas Aprilis. Feria
quinta cœnæ domini.



IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me sermonē meum seruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus: & mansionem apud eū faciemus. Qui nō diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonē quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hęc locutus sum vobis apud vos manens: paracletus autē spiritussanctus quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oīa: & suggeret vobis omnia quæcūq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Non turbetur cor vestrū neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado & venio ad vos. Si diligeritis me: gauderetis vtiq;: quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq; fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mūdi huius: & in me nō habet quicq;. Sed vt cognoscat mundus; quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater: sic facio.

Homilia beati Gregorij papæ de eadē lectione. Habita ad papulū; in Basilica sancti Petri die sancto pētecostes.

LIbet fratres charissimi euangelicę verba lectionis sub breuitate transcurrere: vt post diutius liceat in cōtemplatione tātę selēnitate immorari. Hodie nāq; spiritussanctus repentino sonitu super discipulos venit; mētesq; carnalium in sui amorē permutauit. Et foris apparentibus linguis igneis: intus facta sunt corda flāmantia: quia dū deum in ignis visione susceperunt: per amorē suauiter arserunt. Ipse namq; spūs sanctus amor est. Vnde & Ioānes dicit. Deus charitas est. Qui ergo mēte integra deū desiderat: pfecto iam habet quē amat. Neq; enim quisquā posset deū diligere: si eum quē diligit non baberet. Sed ecce si vnusquisq; nostrum requiratur: an diligat deum: tota fiducia & secura mente respondet: diligo. In ipso autē lectionis exordio audistis quid veritas dixit. ¶Si quis diligit me sermonē meum seruabit. Probatio ergo dilectionis: exhibitio est operis. hinc in epistola sua idem Ioānes dicit. Qui dicit diligo deum; & mandata eius nō custodit: mendax est. Vere enim diligimus: si ad mandata eius a nostris nos voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desidiria diffluit: profecto deum non amat: quia ei in sua voluntate contradicit. ¶Et pater meus diliget eum; & ad eum veniemus; & mansionē apud eū

Sermonem quē. &c. non credit Laurentius in tantū errorē preuenisse interpretē: vt diceret sermonem sed sermo: quia sic est apud grecos: & ipse testatur vidisse vetustos codices in quibus erat sermo. ¶Paraclitus substātiuum est: & vt inquit laurētius dicēdū erat paracletus: paracletus autem spiritus sctūs ne iungerent duo substantiua precipue quia apud grecos neutrum est: & est peculiare nomen sancti spiritus habetq; accētū in ante penultima contra regulas latini sermonis quia penultima est longa: eratq; scribēdū per .e. paracletus. quia per .i. significat aliud: sed iā p .i. communiter scribitur ad vocētibus: vt gego in exposi ...

faciemus. Pensate fratres charissimi quanta sit ista solemnitas habere in cordis hospitio aduētum dei. Certe si domū nostrā quisq̧ diues aut præpotens amicus intraret: omni festinantia domus tota mūdaretur; ne quid fortasse esset quod oculos amici intrātis offēderet. Terga tergo sordes praui operis; qui deo præparat domum mētis. Sed videte quid veritas dicat. Veniem⁹ & mansionē apud eum faciemus. In quorūdam etenim corda venit; & mansionem non facit: quia per cōpunctionem quidem dei respectū percipiūt sed tentationis tempore hoc ipm quo cōpuncti fuerant: obliuiscūtur. Sicq̧ ad perpetranda peccata redeunt: ac si hæc minime planxissent. Qui ergo deum vere diligit: qui eius mandata custodit: in eius corde dn̄s & venit & mansionem facit: quia sic eum diuinitatis amor penetrat: vt ab hoc amore tentationis tēpore nō recedat. Ille ergo vere amat: cuius videlicet mentē delectatio praua ex cōsensu non superat. Nam tanto quisq̧ a superno amore disiungitur quāto inferius delectatur. Vnde & adhuc subditur. Qui nō diligit me; sermones meos nō seruat. Ad vosmetipsos ergo fratres charissimi introrsus redite: si deū vere amatis; exquirite. Nec tamē sibi aliquis credat: quicquid sibi animus sine operis attestatiōe responderit. de dilectione conditoris lingua mens & vita requirant. Nunq̄ est dei amor ociosus. Operatur eñi magna si est; si vero operari renuit: amor non est. Et sermonē quē audistis; non est meus; sed eius qui misit me patris. Scitis fratres charissimi quia ipse qui loquitur vnigenitus filius verbū patris est: & quia a seipso non loquitur. Ideo sermo quē loquitur filius: non est filij; sed patris: quia ipse filius verbū est patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Quando non maneret apud eos: qui ascensurus cœlū promittit dicens. Ecce ego vobiscum sum oībus diebus vsq̧ ad consummationem sæculi. Sed verbum incarnatū & manet & recedit. Recedit corpore: manet diuinitate. Apud eos ergo tūc se māsisse perhibet: quia is qui inuisibili semper potestate præsens erat: corporali iam visione recedebat. Paracletus autem spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oīa: & suggeret vobis omnia quæcūq̧ dixero vobis. Nostis plurimū fratres mei q̧ greca locutione paracletus: latine aduocatus dicitur vel cōsolator. Qui idcirco aduocatus dicit̄: quia pro errore delinquentiū apud iusticiam patris interuenit. Qui vnius substantiæ cū patre & filio exorare pro delinquētibus perhibetur; quia eos quos repleuerit

rū dixi. Nec dicitur grece quicūq̧ dixero vobis: sed quæ dixi vobis: quia aduentaui eo ... tu: non locutus erat cum Apostolis multa.

Amor dei nō ę est ociosus.

Mat. xxviij.

exorātes facit. Vnde & Paulus dicit. Ipse em̄ spiritus postulat pro
Roma. viij. vobis gemitibus inenarrabilibus. Sed diceret quis. Minor est qui postulatur; quomodo ergo spūs postulare dicitur; qui minor non est? Sed ip̄e spūs postulat; quia ad postulandū eos quos repleuerit inflāmat. Cōsolator aūt idem spūs vocatur; quia de peccati perpetratione merētibus dum spem veniæ præparat; ab afflictione tristiciæ mentē leuat. De quo recte ꝓmittit. Ipse vos docebit oīa. Quia nisi idē spūs cordi adsit audiētis; ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docēti homini tribuat quod ex ore docētis intelligit. Quia nisi intus sit qui doceat; doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce vnam loquētis vocē oēs pariter auditis; nec tñ pariter sensum auditæ vocis percipitis. Cū ergo vox dispar non sit; cur in cordib⁹ vestris dispar est vocis intelligētia? nisi quia per hec quod vox loquētis cōmuniter admonet; est magister interior; qui de vocis intelligētia quosdā specialiter docet. De hac vnctione spūs rursus per Ioānē dicit. Sicut vnctio ei⁹ docet vos de oībus. Per vocē ergo nō instruit; qn̄ mens per spiritū nō vngit. Sed cur ista de doctrina hoīm loquimur; qn̄ ip̄e cōditor nō ad eruditionē hoīs loquitur; si eidē homini ꝑ vnctionē spūs nō loquat? Certe caim priusq̄ fratricidiū ope perpetraret; audiuit; peccasti/ quiesce. Sed quia culpis suis exigētibus voce est admonit⁹ nō vnctione; audire verba dei potuit; sed seruare cōtēpsit. Requirendū vero nobis est; cur de eodē spiritu dicat suggeret vobis oīa; cū suggerere soleat esse minoris? Sed quia suggerere aliqn̄ dicim⁹ subministrare; inuisibilis spiritus suggerere dicitur; nō q nobis sciētiā ab imo inferat; sed ab occulto. Pacē relinquo vobis; pacē meā do vobis. Hic reliquo: illic do. Sequentibus relinquo; peruenientibus do.

Margin notes: Spūs sanctus vocatur consolator. — Doctoris lingua in vacuū laborat nisi intus sit qui doceat. — j. Ioan. ij. d. — Gene. iiij. b.

Segmētum ex euangelio Ioannis. iij capite. A. quod canitur dñica in trinitate. Historia facta est Anno xp̄i. xxxi. kl. Maij. feria. iiij.



IN illo tempore. Erat homo ex pharisæis Nicodemus nomine; princeps Iudæorū. Hic venit ad Iesum nocte: & dixit ei. Rabbi: scimus quia á deo venisti magister. Nemo enim potest hęc signa facere quæ tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respondit Iesus & dixit ei. Amen amen dico tibi; nisi quis renatus fuerit denuo; nō potest videre regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo renasci cum sit senex? Nunquid

potest iñ ventrem matris suæ iterato introire: & renasci? Respondit Iesus. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: nõ potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne: caro est. Et quod natum est ex spiritu spirit⁹ est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis; sed nescis vnde veniet; aut quo vadat. Sic est omnis qui natus ex spiritu. Respondit Nicodemus: & dixit. Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus: & dixit ei. Tu es magister in israel & hæc ignoras? Amen amẽ dico tibi: quia quod scim⁹/ loquimur: & quod vidimus/ testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis: & non creditis; quomodo si dixero vobis cœlestia; credetis? Et nemo ascendit in cœlum: nisi qui descẽdit de cœlo: filius hominis qui est in cœlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto; ita exaltari oportet filium hominis. Vt omnis qui credit in ipsum non pereat; sed habeat vitam æternam. Sic enim deus dilexit mundum; vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat; sed habeat vitatam æternam. Et reliqua.

Nisi quis renatus fuerit: laurẽtius tam grecorum rationem secutus ꝙ verbi naturam dicit: si quis genitus fuerit e quomodo potest homo gigni: ita deinceps. Item spiritus q̊modo vult spirat. et tu es magister israel: et non in israel.

Homilia venerabilis Bedæ præsbyteri.

SIcut ex lectione sancti Euãgelij fratres charissimi audistis: princeps iudæorum venit ad dominum nocte/ cupiẽs secreta eius allocutione plenius discere mysteria fidei/ cuius aperta ostentione signorꝫ aliquatenus iam rudimẽta perceperat. Qui qm̃ prudẽter ea quæ ab illo fieri videbat intelligere: curauit: sublimauit ea; quæ ab illo quærebat/ inuestigare promeruit. Rabbi (inquit) scimus: quia a deo venisti magister. Nemo enim põt hęc signa facere: quę tu facis/ nisi deus fuerit cum eo. Adeo igitur Iesum venisse ad magisteriũ cœleste mundo adhibẽdum cõfessus est: deũ cũ illo fuisse miraculis prodẽtibus intellexit; necdũ tamẽ ipsum deum esse cognouit. Sed quia quẽ magistrũ nouerat veritatis studio docendus adijt: merito ad agnitionem diuinitatis ei⁹ perfecte doctus subijt: merito vtriusq; natiuitatis ei⁹ diuinę scilicet & humanæ: sed & passionis atq; ascensionis ipsius arcana percepit; necnon etiã modum secũdæ generatiõis & ingressum regni cœlestis; aliaq; pplura doctrinę euãgelicæ sacramẽta dño reuelãte didicit. Respõdit etẽm Iesus & dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis nat⁹ fuerit denuo: non põt videre regnũ dei. Quæ sententia tanto apertius cunctis fidelibus lucet/ quanto cõstat; quia sine huius luce fideles esse ne-

Sine baptismate nemo accipiet remissionẽ peccatorum.

queunt. Quis etẽm sine lauacro regeneratiõis remissionẽ pctõꝝ consequi; & regnum valet intrare cœlorum? Sed Nicodem⁹: qui nocte venit ad dominum: necdum lucis mysteria capere nouerat. Nam & nox in qua venit ipsam eius (qua premebat) ignorãtiam designat. Necdum enim eoꝝ numero sociat⁹ erat: quib⁹ ait Apostolus. Fuistis aliquando tenebræ: nũc autem lux in dño: sed inter eos potius remanebat: quibus loquit̃ Esaias. Surge illuminare Ierusalem; quia venit lumẽ tuum: & gloria domini super te orta est. Respondit ergo dño: & ait. Quomodo potest homo nasci cũ sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci? Quia enim secũdæ natiuitatis adhuc nescius perseuerabat; de salute aũt sua iam sollicitus extiterat: necessario de vna quã nouerat natiuitate an possit iterari: vl' quo ordine regeneratio posset impleri; quærebat: ne hui⁹ expers remanẽdo; vitæ cœlestis particeps esse nequiret. Notandũ autẽ quia quod de carnali dixit: hoc etiam de spiritali est generatione sentiẽdum: nequaꝗ videlicet eã postꝗ semel expleta fuerit: posse repeti. Siue enim hereticus; siue schismaticus; siue facinorosus quisꝗ in confessione sanctæ Trinitatis baptizet: non valet ille; qui ita baptizatus est a bonis catholicis rebaptizari: ne confessio vel inuocatio tanti nominis videatur annullari. Et quia Nicodemus ad primam dñi responsionem sollicitus/ quomodo sit intelligenda diligenter inquirit. meretur iam plenius instrui; & quia secunda natiuitas: non carnalis: sed spiritalis est audire. Respõdit naꝗ illi Iesus. Amen amẽ dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: non põt introire in regnũ dei. Cuius natiuitatis modũ subsequẽter exponẽs: prorsusꝗ a carnali distinguẽs; ait. Qđ natũ est ex carne/ caro est: & qđ natũ est ex spiritu/ spũs est. Natura spũs inuisibilis/ carnis visibilis est: atꝗ ideo carnalis generatio visibiliter administratur visibilibus incrementis: qui in carne nascitur: per ætatũ momenta proficit: spiritalis autẽ generatio tota inuisibiliter agitur. Nam videt̃ quidẽ baptizandus in fontẽ descendere: videtur aquis intingi; videt̃ de aquis ascendere. quid aũt in illo lauacrum regeneratiõis egerit/ minime põt videri. Sola hoc fidelium pietas nouit: quia peccator in fontẽ descẽdit: sed purificatus ascendit; filius mortis descẽdit: & filius resurrectionis ascendit; filius præuaricationis descẽdit: sed filius recõciliationis ascẽdit: filius iræ descẽdit: sed filius misericordiæ ascẽdit: filius diaboli descẽdit; sed filius dei ascẽdit. Sola hæc ecclesia mater

Ephe.v.c.

Esa.lx.a.

Baptismus a quicũꝗ fiat non valet reiterari.

Spũs & carnis diuersa natura.

Sola fideliũ pietas nouit effectum baptismatis.

quę generat;nouit.Cæterum oculis insipientiũ videtur talis exire de fonte qualis intrauit: totũq; ludus esse qđ egitur. Vnde in fine videntes gloriã sanctorum;dicent gemẽtes in tormentis. Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum:& in similitudinẽ impropezij. Quomodo ergo cõputati sunt inter filios dei: Et apl's Ioãnes. Charissimi(inquit)nũc filii dei sumus:& nondũ apparuit quid erimus. Qđ ergo natũ est ex spiritu;spũs est: quia qui ex aqua & spiritu regeneratᷣ;inuisibiliter in nouũ hominẽ mutatur: & de carnali efficitur spiritalis. Qui ideo recte nõ solum spiritalis;sed etiã spiritus vocatur:quia sicut substantia spũs inuisibilis est nostris aspectib⁹;ita is qui per gratiã dei renouatur; inuisibiliter fit spiritualis; & dei filius;cũ visibiliter omnibus caro & fili⁹ hominis appareat. Sequitur. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat;& vocẽ eius audis:sed nõ scis vnde veniat; aut quo vadat. Sic est oĩs qui natus est ex spiritu. Spũs vbi vult spirat:quia ipse habet in potestate;cuius cor gratia suæ visionis illustret. Et vocẽ eius audis;cũ te pręsente loquitur is: qui spũ sancto repletus est. Sed nõ scis vnde veniat:& quo vadat:quia etiam si te pręsente quẽpiam spũs ad horã impleuerit:nõ potes videre quo modo eũ intrauerit:vel quomodo redierit;q natura est inuisibilis. Sic est oĩs qui natus est spiritu. Et ipse enim(inuisibiliter agente spiritu)incipit esse quod nõ erat:ita vt infideles nesciant vnde veniat;aut quo vadat.idest quia á gratia regeneratiõis venit in adoptionẽ filiorũ dei: & vadit in pceptionẽ regni cœlestis. Quærẽte autẽ adhuc Nicodemo qũo possent hęc fieri;subiũxit dñs;dicens. Tu es magister in israel;& hæc ignoras? Nõ quasi insultare volẽs ei qui magister vocetᷣ; cũ sit ignarus sacramẽtoꝝ cœlestiũ: sed ad humilitatis illũ viã prouocãs; sine qua ianua cœlestis nõ potest inueniri. Amẽ amen dico tibi q̃a quod scimus loquimur:& qđ vidim⁹ testamur;& testimonium nr̃m nõ accipitis. Si terrena dixi vobis & nõ creditis:qũo si dixero vobis cœlestia credetis? Terrena illis dixit;vt in superiori lectione inuenim⁹: cũ de passiõe ac resurrectiõe sui corpis; qđ de terra assũpserat loqueretᷣ,dicẽs. Solui te templũ hoc:& in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Non tñ credebãt qđ dixit:sed ne hoc quidẽ intelligere valebãt: quia non de alio; q̃ȝ de templo corporis sui diceret. Qui ergo terrena audiẽtes nõ capiebãt:quãto minus ad cœlestia. idest diuinæ regenerationis capienda mysteria sufficiunt? Addit aũt adhuc dñs: & de cœlestibus sa-

Sap.v.c.
i.Joan.iii.
Joan.ii.

cramētis & de terrenis instruere eum: quē vidit sapiēter ac diligē- ter his quæ audit intendere. Cœlestis namq; ascēsio eius ad vitam sempiternam: terrena vero exaltatio eius ad mortē temporalem.

Textus. Dicit ergo de cœlestibus. Et nemo ascēdit in cœlum; nisi qui de cœlo descendit: filius hominis qui est in cœlo. Subiungit vero de terrenis. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exal ri oportet filium hominis. Merito autem quęritur quomodo di- catur filius hominis; vel descendisse de cœlo: vel eo tempore quo hęc loquębatur in terra iam fuisse in cœlo. Nota est nāq; confessio fidei catholicæ: quia descendens de cœlo filius dei; filiū hominis in vtero virginali suscepit. eūq; cōpleta dispensatione passionis suæ- resuscitauit a mortuis; & assumpsit in cœlum. Non ergo caro chri sti descendit de cœlo; neque ante tempus ascensionis erat in cœlo. Et qua ratione dicitur: nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo; nisi quia vna christi persona est in duobus existēs naturis? Atq; ideo filius hominis recte dicit & descēdisse de cœlo: & ante passionem fuisse in cœlo: quia qđ in sua natura habere nō potuit: hoc in filio dei a quo assumptus est habuit: sicut propter eā- dem vnius christi personam quæ ex duobus extat naturis Apo stol⁹ ait. Vos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiā dei: quam acquisiuit sanguine suo. Neq; enim deus in sua substantia: sed in homine assumpto/sanguinem quem pro ecclesia funderet habuit. Hinc etiam Psalmista dicit. Ascendit deus in iubilatione.

Ps. xlvi. Quomodo enim deus nisi in homine ascenderet: qui in suæ natu ra magestatis semper vbiq; pręsens adest? Sed & hoc quærendū quomodo dictū sit: & nemo ascendit in cœlū; nisi qui descendit de cœlo; cū oēs electi veraciter confidant ascēsuros se in cœlum; pro mittente sibi domino: quia vbi ego sum; illic & minister meus erit:

Xp̄s electorū caput est. Cuius tamen nodū quæstionis apertissima ratio soluit: quia vide- licet mediator dei & hominū homo xp̄s Iesus; electorū omnium caput est. Itemq; oēs electi eiusdēq; capitis mēbra sunt: dicēte apo

Ad ephe. i. d. stolo. Et ipsum dedit caput supra omēm ecclesiā. Et rursum. Vos

i. corin. xii. d enim estis corpus christi: & mēbra de mēbro. Nemo ergo ascēdit in cœlū; nisi qui descendit de cœlo/filius hominis qui est in cœlo.

Corp⁹ xp̄i est ecclesia. Qđ est aperte dicere. Nemo ascēdit in cœlum: nisi christus in cor pore suo: qđ est ecclesia: qui in seipso quidē primū cernētibus apo stolis eminentiorib⁹ nimirū mēbris suis ascendit: & ex inde in mē bris quotidie ascēdens se colligit in cœlū. Hinc est enim q̄ ipsum

corpus eius inter aduersa presentis seculi deprehensum gloriaт & dicit. Nūc aūt exultauit caput meū sup inimicos meos. Ac si aperte dicat. Qui occisum a iudeis xp̄m; caput videlicet meū suscitauit a mortuis/ ac frustratis omnibus inimicorū insidijs subleuauit in cœlum; spero q̄ me etiam de presentibus periculis eruens; meo capiti iungat in regno. Quia ergo nemo ascendit in cœlum; nisi qui descēdit de cœlo; quisquis in cœlū ascēdere desiderat: ei qui descendit de cœlo & est in cœlo; se vera fidei dilectiōisq̄ vnitate cōiūgat; aperte intelligēs: quia nullo alio ordine nisi per eum qui descēdit de cœlo; potest ascēdere in cœlū. Vnde alias ipse dicit. Nemo venit ad patrem nisi per me. Hec ideo Nicodemo: ideo cūctis dicitur catechuminis: vt discant eis membris renascēdo incorporari; per quem possunt ascendere in regnū dei. Et quia ascēsio vel ingressus regni cœlorū fieri nō pōt absq̄ fide & sacramētis dn̄ice passionis: recte subinfertur. ¶ Et sicut Moyses exaltauit serpētem in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis: vt omnis qui credit in ipsum nō pereat; sed habeat vitā eternā. ¶ Mira magisterij cœlestis arte dn̄s magistrū legis mosaicæ ad sp̄ūalem legis eiudem sensum inducit recordans historiæ veteris; & hanc in figurā suæ passionis atq̄ humane saluationis factā edisserēs. Narrat quippe liber Numerorū: quia percussus in heremo ppl̄s israel itineris lōgi ac laboris; tedio murmurauerūt cōtra dn̄m & moysen: ideoq̄ dn̄s immiserit in illū ignitos serpētes: ad quorū plagas; mortesq̄ plurimorū cū clamarēt ad moysen; & ipse oraret pro eis: iussit eū facere serpentē eneū & ponere pro signo: qui pcussus (inquit) aspexerit in eū: viuet. Et ita factū est. Plagæ igitur serpentiū ignitorū venena sunt incētiua vitiorū; quæ animā quam tāgūt spirituali morte perimūt. Et bene murmurans cōtra dn̄m populus serpētiū morsibus stendebatur: vt ex ordine flagelli exterioris agnosceret quātam intus perniciē murmurando pateretur. Exaltatio aūt serpentis enei: quē dū percussi aspicerēt sanabātur; passio nostri redemptoris est in cruce: in cuius solū fidei; regnū mortis & peccati superatur: Recte etenim per serpētes peccata: quæ animā simul & corpus ad interitum trahūt: exprimūtur: nō solū quia igniti; quia virulēti; quia od perimēdū sunt astuti; verū etiā quia p serpentē; primi parētes nr̄i; ad peccādū persuasi; ac de immortalib⁹ sunt peccādo mortales effecti. Recte p serpentē æneū dn̄s ostēditur: q̄a venit in similitudinē carnis peccati; quia sicut æneus serpens effigiem quidē ignitis serpentib⁹

Ps. xxvi.
Ioan. xiiij.
Nu. xxi. a
Exaltatio serpentis Enei passio est xp̄i
Per serpētes q̄ vi signant

similem;sed nullū prorsus in suis membris babuit ardorē veneni nocētis:quin potius percusos a serpentibus;sua exaltatione sanabat. Sic nimirū;sic redēptor humani generis nō carnē peccati;sed similitudinē induit carnis peccati: in qua mortē crucis patiendo/credentes in se ab omni peccato; & ab ipsa etiam morte liberaret. Sicut ergo moyses exaltauit serpentē in deserto ita(inquit)oportet exaltari filiū hominis:quia sicut illi qui exaltatū ꝑ signo serpentem æneū aspiciebāt;sanabātur ad tēpus a corporali morte & plaga quā serpētiū morsus intulerat:ita & q mysteriū dñicę passiōis: credēdo;cōfitēdo; synceriter imitādo aspiciūt: saluātur in ꝑpetuū ab omi morte;quā paccādo in animo pariter & carne cōtraxerāt. Vnde recte subiūgitur. Vt omis qui credit in ipso; nō pereat; sed habeat vitā ęternā. Cui⁹ quidē verbi patet sensus: quia qui credit in xp̄m:non solū perditionē euadit pœnaꝶ; sed & vitam percipit ęternā. Et hoc inter figurā distat & veritatē: quia per illā vita ꝑtelabat corporis:ꝑ hāc vita datur sine fine māsura. Sed quærēdū solerter est:vt qđ intellect⁹ bñ sentit;opatio cōdigna perficiat: quatenus cōfessio recte nrę fidei pie & sobrie cōseruando;ad ꝑceptionē promissæ nobis vitę merert̄ attingere. Verū qa hæc de filio hoīs dicūtur q̄ exaltari in cruce & mortē potuit pati:ne putaret Nicodem⁹ filiū tātū hoīs esse eū;a quo vita esset expectāda ꝑpetua:curauit ei dñs etiam diuinitatis suæ patefacere sacramentū:vnū q; & eundē filiū dei & filiū hoīs mūdi ostēdere saluatorem. Nam sequitur. Sic enim deus dilexit mundum;vt filiū suū vnigenitū daret; vt oīs q̄ credit in eū;nō pereat;sed habeat vitā ęternā. Vnde notandum;q; eadē de filio dei vnigenito replicat;quæ de filio hoīs in cruce exaltato prę miserat:dicēs. Vt oīs q̄ credit in eū;non pereat sed habeat vitā ęternā: quia ꝑfecto idē redēptor nr̄ filius dei ante sæcula existēs;filius hoīs factus est in fine sæculoꝶ:vt qui per diuinitatis suæ potētiā nos creauerat ad perfruendā vitæ beatitudinē perēnis;ipse per fragilitatē humanitatis nostræ; nos restauraret ad recipiendā quā perddiim⁹ vitā. Vnde nobis satagendū est fratres charissimi:vt diuinis beneficijs vicē rependentes: diligamus toto corde;tota anima;tota virtute deū patrem:qui nos tāto amore prior dilexit:vt proprio filio suo nō parceret;sed ꝑ nobis omnibus traderet illū. Diligamus ipsum filiū:qui cū in forma dei esset nostrę libertatis & vitę gratia;formā serui accepit:factus q; est obediens vsq; ad mortem;mortē aūt crucis. Et sicut de eo dicit Ioan

Christus in similitudine carnis peccati sed non in peccato venit.

Quid inter figurā & veritatem distat.

Phil.ij.b.

Apoca.j.b.

nes Apostolus. Qui dilexit nos:& lauit nos a peccatis nr̄is in sanguine suo. Diligamus sanctum eiusdem patris & filij spiritum; in cuius vnctione signati sumus in die redēptionis; qui vbi vult spirat; & vbicūq3 spirat/continuo flammam eiusdem diuinæ dilectionis accēdit. Credamus ipsum patrem & filiū & spiritum sanctum vnum esse deum & dominum nostrum/ac debitis laudibus exaltemus nomen eius in inuicem; cui est gloria imperium & potestas ante sæcula seculorum. Amen.

Segmentum ex euangelio Lucæ.xvi.capite.E.quod canitur dñica prima post Trinitatem.



IN illo tēpore. Dixit dn̄s Iesus discipulis suis parabolam hāc. Homo quidam erat diues: qui induebatur purpura & bysso; & epulabat̄ quotidie splēdide. Et erat quidā mendicus nomine Lazar⁹: qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus cupiēs saturari de micis quæ cadebāt de mēsa diuitis; & nemo illi dabat. Sed & canes veniebāt & lingebāt vlcera eius. Factum est aūt vt moreretur mēdic⁹; & portaret̄ ab angelis in sinū abraæ. Mortuus est aūt & diues; & sepultus est in inferno. Eleuās autem oculos suos cū esset in tormētis: vidit Abraā a longe & Lazarū in sinu ei⁹; & ip̄e clamās dixit. Pater Abraā miserere mei; & mitte Lazarū vt intingat extremū digitū in aquā: vt refrigeret linguā meā; quia crucior in hac flāma. Et dixit illi Abraā. Fili recordare: qa recepisti bona in vita tua: & Lazarus similiter mala. Nūc autem hic consolat̄: tu vero cruciaris. Et in his omnib⁹ inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos; non possint; neq3 inde huc trāsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domū patris mei. Habeo em̄ quinq3 fratres: vt testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locum tormentoꝝ. Et ait illi Abraā. Habent Moysen & prophetas; audiāt illos. At ille dixit. Non pater Abraam. sed si quis ex mortuis ierit ad eos: pœnitentiam agēt. Ait autē illi. Si moysen & prophetas non audiunt: neq3 si quis ex mortuis resurrexerit: credent. Et reliqua.

Mendic⁹ penultimam acuit. Mortuus autem diues. in greco est mortuus est aūt & diues sepultusq3 & in inferno: eleuās oculos suos &c. Item ait recordare qa accepisti bona tua in vita tua. Itē in his oib⁹ &c. sic trāsferens dū dicit laurētius Et sup hec oīa inter nos & vos vorago magna firmata est vt hi qui volunt transire hinc ad vos non possint neq3 qui illinc ad nos transire &c: q: chaos non legitur grece.

Homilia beati Gregorij papæ de eadē lectiōe: habita ad populū in basilica btī Laurētij martyris dn̄ica.i.post trinitatē.

IN verbis sacri eloquij fratres charissimi prius seruanda est veritas historiæ: & postmodum requirenda spiritualis intelligentiæ allegoria. Tunc namq3 allegoriæ fructus suauiter capitur; cum

Fides ædificatur per alligoriam. prius per historiam in veritatis radice solidatur. Sed quia nōnūq̄ allegoria fidem ædificat; & historia mortalitatem; nos qui auctore deo iam fidelibus loquimur; non ab re credimus; si ipsum loquendi ordinem postponamus; quatenus qui fidem iam firmam tenetis/prius de allegoria aliquid breuiter audire debeatis; & quod vobis de moralitate historię valde est necessarium/hoc in expositionis nostræ ordine seruetur postremum; quia ea plærūq̄ solent melius recoli; quæ contingit postmodum audire. Sensus ergo allegoricos sub breuitate transcurrimus: vt ad moralitatis latitudinem citius venire valeamus. Homo quidem erat diues qui induabatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide. Quem fratres charissimi/quem diues iste; qui induebat̄ purpura & bysso/& epulabatur quotidie splendide; nisi iudaicum populum designat; qui cultum vitæ exterius habuit; qui acceptæ legis delitijs ad nitorem vsus est/non ad vtilitatem? Quem vero Lazar⁹ vlceribus plenus; nisi gentilem populum figuraliter exprimit; qui dū conuersus ad dominum peccata sua cōfiteri nō erubuit/huic vulnus in cute fuit. In cutis quippe vulnere virus a visceribus trahitur & foras erumpit. Quid est ergo peccatorum cōfessio; nisi quædam vulnerum ruptio? Quia peccati virus salubriter aperitur in confessione; quod pestifere latebat in mente. Vulnera etenim cutis in superficiem trahunt humorem putredinis. Et cōfitendo peccata quid aliud agimus; nisi malum quod in nobis latebat: aperimus? Sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis quæ cadebāt de mensa diuitis; & nemo illi dabat; quia gentilem quemq̄ ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat; Qui dum doctrinam legis non ad charitatem habuit/sed ad elationem/quasi de acceptis operibus tumuit. Et quia ei verba defluebant de scientia/quasi micæ cadebant de mensa. At contra iacentis pauperis vulnera lingebant canes. Nonnunquā solent in sacro eloquio per canes prædicatores intelligi. Canum etenim lingua vulnus dum lingit; curat; quia doctores sancti dum in cōfessione peccati nostri nos instruūt; quasi vulnus mentis per linguam tāgunt. Et quia nos loquēdo a peccatis eripiūt; quasi tangēdo vulnera ad salutem reducūt. Quia enim canum nomine prædicatorum lingua signat̄/dum per psalmistā dicitur. Lingua canum tuorꝫ ex inimicis ab ipso. Ex iudæis quippe infidelibus sancti prædicatores electi sunt: qui in assertione veritatis contra fures latronesq̄ ve

Marginal notes: Diues malus iudaicum populum repræsentat. — Confessio aperit vuln⁹ peccati. — Prædicatores dicuntur canes. — Ps. lxvij.

nientes/magnos pro domino (vt ita dicam) latratus dederunt. Esaie. lvi.
Quo contra de quorumdam reprobatione dicitur. Canes muti
non valentes latrare. Quia ergo predicatores sancti peccata dam
nant confessionem vero peccatorum approbant/dicentes. Con-
fitemini alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem vt salue- Iacobi.v.
mini; vlcera Lazari canes lingunt. Sancti etenim doctores dũ gẽti
lium confessiones accipiunt/mentiũ vulnera saluti restituunt. Vn Lazarus ad
de & bene Lazarus interpretat̃ adiutus: quia ipsi hunc ad ereptio iut⁹ interpre
nem iuuat qui eius vulnera per linguæ correptionem curant. Po- tatur.
test etiam per linctionẽ canũ lata adulantium lingua signari. Adu Adulatores si
lantibus etenim vulnera nostra lingere est: ꝙ plerũq; solent etiam gnãtur per ca
ipsa mala: quę nos in nobis reprehẽdimus: improbo feruore lau- ne linguẽtem
dare. Contingit vero vt vterq; moreretur; diues qui induebatur
purpura & bysso sepultus in inferno: in sinu vero abraæ Lazarus Matt. viij.a
ab angelis ductus est. Quid abraæ sinus/nisi secretam requiem si
gnificat patrũ: de qua veritas dicit. Multi veniẽt & recũbent cũ
Abraam Isaac & Iacob in regno cœlorꝝ: filij autem regni eijcien
tur in tenebras exteriores. Qui enim purpura indutus dicitur: re
gni recte filius vocatur. Qui de longinquo ad videndum Lazarꝝ
oculos leuat; quia dum per damnationis suæ supplicium in fideles
in imo sunt: fideles quosq; ante diem extremi iudicij/super se in re
quiem attendũt: quorꝝ post gaudia contemplari nullatenus pos-
sunt: longe vero est quod conspiciunt: quia illuc per meritum at-
tingunt. In lingua autẽ amplius ardere ostendit: cum dicit. Mit- Lingua mali
te Lazarꝝ; vt intingat extremũ digiti sui in aquã: vt refrigeret lin- diuitis quare
guam meam: quia crucior in hac flãma. In fidelis populus verba dicitur plus
legis in ore tenuit; quæ opere seruare cõtempsit. Ibi ergo amplius ardere ccte
ardebat: vbi se ostẽdit scire qđ facere noluit. Qua propter bene de ris membris.
doctis & negligentibus per Salomonem dicitur. Omnis labor ho
minis in ore eius: sed anima eius non implebitur: quia quisquis ad Ecclesi.vj.c.
hoc solũmodo laborat/vt sciat quid loqui debeat: ab ipsa refectio-
ne scientiæ suæ mẽte vacua ieiunat. Ab extremo digiti se tãgi de
siderat; quia æternis supplicijs datus/optat operatione iustorum
vel vltima participari. Cui respõdetur/ꝙ in hac vita bona recepe-
rit: quia omne suum gaudiũ fœlicitatẽ transitoriã putauit. Habere
hic etenim possunt & iusti bona; nec tamen hęc in recõpensatiõe
recipere: quia dũ meliora: idest æterna appetũt/eorũ iudicio quæ
libet bona affuerint cum sanctis desiderijs æstuant/bona minime

videntur. Vnde Dauid qui regni diuitijs multis multorũq; obsequijs fulciebatur: quãuis & hæc ad necessitatem bona esse conspiceret; vni tamen singulariter bono inhianter æstimabat, dicẽs. Mihi aũt adhærere deo bonũ est.

Ps. lxxij.

Inter hec vero notandum est: quod ei dicitur: memẽto fili. Ecce enim Abraam filiũ vocat: quem tamẽ a tormento non liberat; quoniam huius infidelis populi præcedẽtes patres fideles: quia multos a sua fide deuiãtes considerant, eos nulla cõpassione a tormentis eripiunt; quos tamen per carnẽ filios recognoscunt.

Diues malus dicit habuisse quinq; fratres.

Iudaicus populus magna ex parte damnatus est.

In tormentis autẽ diues positus, quinq; fratres habere se perhibet; quia superbus idẽ iudaicus populus qui ex magna iam parte damnatus est, sequaces suos quos super terram reliquit, quinq; libris Moysi carnaliter intellectis, vel quinq; sensib⁹ corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres quos reliquerat: exprimit; quia eos ad spiritualẽ intelligentiã non assurgere in inferno positus gemit; petit vt ad eos Lazarus mittatur. Cui quia Moysen & pphetas habeant dicitur; sed ait: quia nõ credunt nisi quis ex mortuis resurrexit. Cui protinus respondet. Si Moysen & prophetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent ei.

Joan. v. c.

Certe de Moyse veritas dicit. Si crederetis Moysi: crederetis vtiq; & mihi. De me enĩ ille scripsit. Implet ergo quod per Abraæ respõsionẽ dicit. Ex mortuis enim dñs resurrexit; sed iudaicus populus quia Moysi credere noluit: ei etiã qui resurrexit credere contempsit. Cumq; Moysi verba spiritualiter intelligere contẽpsit; ad eum de quo Moyses locutus fuerat; nõ peruenit. Hec nos fratres charissimi pro indagãdis allegoriæ mysterijs succinctę trãscurrisse sufficiat; nũc ad intuẽdã latius rei gestę mortalitatẽ animus recurrat. ¶ Homo quidã erat diues qui induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide: & erat quidẽ mẽdicus nomine Lazarus, qui iacebat ante ianuã diuitis vlceribus plen⁹. ¶

Testamenti noui precepta sunt facilliora q̃ veteris.

Nonnulli putãt præcepta veteris testamẽti districtiora esse q̃ noui: sed hi nimirũ improuida cõsideratione fallũtur. In illo enim nõ tenacia sed rapina mulctat. Ibi res iniuste sublata quadrupliciter punitur: hic autem diues iste non abstulisse aliena: reprehẽditur: sed ppria nõ dedisse. Nec dicit: quia vi quẽpiã oppressit: sed quia in acceptis rebus se extulit.

Bona ppria non largiens damnari potest.

Hinc ergo, hinc summopere colligendum est, qua pœna mulctãdus sit; qui aliena diripit; si inferni dãnatione percutitur: qui propria nõ largitur. Nemo itaq; securum se ęstimet, dicẽs, Ecce aliena nõ rapio; sed concessis licite reb⁹ fruor;

quia diues iste non idcirco punitus est; quoniā aliena abstulit: sed quia acceptis rebus semetipsum male reliquit. Hoc quoqꝫ fuit qđ hunc inferno tradidit: quia in sua fœlicitate tumidus fuit; quia per cepta dona ad vsum arrogantiæ inflexit: quia viscera pietatis igno rauit; quia peccata sua redimere etiam cū sibi abundaret precium; noluit. Et sunt nonnulli qui cultum subtiliū præciosarū qꝫ vestium non putant esse peccatū. Q đ si videlicet culpa non esset; nequaqꝫ sermo dei tā vigilanter exprimeret. ꝙ diues qui torquetur apud inferos; bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta præcipua; nisi ad inanem gloriam quærit: videlicet vt honorabilior cæteris esse videatur. Nam quia pro sua inani gloria vestimē tum preciosius queritur: res ipsa testatur: quo nemo vult ibi precio sis vestibus indui; vbi ab alijs non posit videri. Quam culpā possumus meli⁹ etiā ex diuerso colligere: quia si abiectio vilis indumē ti virtus non esset: euangelista vigilāter de Ioāne nō diceret. Erat indutus pilis camelorum. Sed notandū magnopere est in ore veritatis de superbo diuite; & humili paupere quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur. Homo quidam erat diues. & protinus subinfertur. Et erat quidā mendicus nomine lazarus. Certe in populo solent magis nomina diuitum; qꝫ pauperum sciri. Quid est ergo ꝙ dominus de paupere & diuite verbū faciens; nomen pauperis dicit & nomen diuitis non dicit; nisi ꝙ dñs humiles nouit: atqꝫ approbat: & superbos ignorat. Vnde & quibusdam de miraculorum virtute superbientibus in fine dicturus est. Nescio vos vnde sitis: discedite a me omnes operarij iniquitatis. At contra Moysi dicitur. Noui te ex nomine. Ait ergo de diuite: homo quidam. Ait de paupere egeno; nomine Lazar⁹. Ac si aperte dicat. Pauperē humilē scio; superbū diuitem nescio. Illū cognitum per approbationem habeo: hunc per iudiciū reprobationis ignoro. Pēsandum est etiam nobis conditor noster omnia quanta consideratione dispensat. Vna etenim res: nō ꝓ vna re agitur. Nā ecce vlceribus plen⁹ mēdicus lazarus ante ianuā diuitis iacet; quia de re vna dominus duo iudicia expleuit. Habuisset enim fortasse aliquā excusationem diues; si lazarus pauper & vlcerosus ante eius ianuam nō iacuisset: si remotus fuisset: si eius inopia nō esset oculis importuna. Rursus: si longe esset diues ab oculis vlcerosi pauperis: minorem tolerasset in animo tentationē pauper. Sed dū egenū & vlceratū ante ianuā diuitis & delicijs affluentib⁹ posuit in; vna eadē qꝫ

Vestes preciosas ferre an sit peccatum

Vestimenta preciosa nemo nisi ad inanem gloriam querit.

Mat.iij.a.

Diuitum nomina plus solent sciri qꝫ pauperum.

Mat. vij.b.

Exo. xxxiij.

re & ex visione pauperis nõ miserenti diuiti cumulũ damnationis intulit: & rursum ex visione diuitis tentatum quotidie pauperem probauit. Quantas nãq3 hunc egenum & vulneribus obiectum tentationes creditis in sua cogitatione tolerasse; cũ ipse egeret pa-ne/& non haberet etiam salutem: atq3 ante se diuitem cerneret sa-lutẽ: & delitias habere cum voluptate: se dolere & frigore affici: il-lum gaudere conspiceret; bysso & purpura vestiri: se deprimi vul-neribus: illum deflere acceptis rebus: se egere illum nolle largiri. Quãtus: putamus fratres charissimi tũc in corde pauperis tumul-tus: tentatiõis fuit: cui certe ad pœnam sufficeret paupertas; etiã si sanus fuisset: rursus sufficisset ægritudo: etiam si subsidiũ adesset. Sed vt probaretᷓ amplius pauper: simul hũc & paupertas & ægri-tudo tabefecit; atq3 insuper videbat procedentẽ diuitem obsequẽ-tibus cuneis fulgere: & se in infirmitate & inopia a nullo visitari.

Et vna re iudicia duo deus exhibuit.

Nam quia nemo ei ad visitandum aderat; testantur canes qui licẽ-ter vulnera lingebãt. Et vna ergo re omnipotẽs deus duo iudicia exibuit; dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere per-misit; vt & diues impius damnationis sibi augeret vltionem: & tẽ-tatus pauper cresceret ad remunerationem. Cõspiciebat ille quo-tidie cui nõ misereretur: videbat iste de quo probaretur. Duo infe-rius corda: sed vnus desuper inspector: qui hũc & tẽtando exerce-bat ad gloriam: illũ tollerando expectabat ad pœnã. Nam sequi-tur. Factum est autẽ vt Lazarus moreretur; & portaretur ab an-gelis in sinũ Abraæ. Mortuus est autem diues; & sepultus est in inferno. Qui nimirum diues eũ cui in hac vita misereri noluit: In suo iam supplicio positus patronum quærit. Nam ecce subiun-gitur. Quia eleuans oculos cũ esset in tormentis: vidit Abraam a longe & Lazarũ in sinu eius; & ipse clamans dixit. Pater Abraã; miserere mei; & mitte Lazarũ vt intingat extremum digiti sui in aquã: vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. O quanta est subtilitas iudiciorum dei: õ q3 districte agitur bono-rum actuũ malorũq3 retributio. Certe superi⁹ dictum est: quia La-zarus in hac vita cadentes micas de mensa diuitis quærebat: & ne-mo ei dabat: nũc de supplicio diuitis dicitur: quia de extremo digi-to lazari distillari aquã in ore suo concupiscit. Hinc ergo hinc fra-tres colligite quanta sit districtio seueritatis dei. Diues enim iste qui vulnerato pauperi mensę suę: vel minima dare noluit: in infer-no positus vsq3 ad minima quęrẽda peruenit. Nam & guttã aquę

Actuum bonorum et malorum retributio districtissime agitur.

petijt qui micas panis negauit. Sed notandum valde est quid sit quod diues in ignem positus linguā suā refrigerari petit. Mos quippe est sacri eloquij; vt aliquando aliud dicat: & ex eodē dicto aliud innuat: Superius autē hunc superbū diuitē dñs nō loquacitati vacātē dixerat; sed superflue cōuiuantē: neq3 hūc de loquacitate notauit; sed cū elatione & tenacia de edacitate peccasse. Sed quia abūdare in cōuiuijs loquacitas solet: is qui hic male conuiuatus dicit; apud infernū grauius in lingua ardere perhibet. Primo nāq3 male cōuiuantib9 famulat culpa loquacitatis: post loquacitatē ludēdi etiā leuitas sequit. Nā quia edacitatē lusus sequatur; testat sacra scriptura: que ait. Sedit popul9 mādu care & bibere; & surrexerūt ludere. Sed priusq3 ad lusum moueatur corpus: ad iocos & verba inania mouet lingua. Quid ergo est qd innuit; quia in tormētis posit9 diues linguā suā refrigerari postulat: nisi quia is q cōuiuando magis de loquacitate peccauerat: per retributionis iusticiā in lingua atrocius ardebat: Sed cū graui valde est pauore pensandū hoc quod ei per Abrae respōsionē dicitur. Fili recordare; quia recepisti bona in vita tua: lazarus similiter mala. Nunc autē hic cōsolatur: tu vero cruciaris. Ista charessimi fratres sentētia pauore potius indiget q̄ expositione. Nā si quis istis qui in hoc mūdo exterioris boni aliqd accepistis: ipm (vt ita dicā) donū exteri9 pertimescere debetis; ne vobis pro quorūdam vestrorū actuū recōpensatione sit datū: ne iudex qui hic dona exteriora restituit: a retributione intimi boni repellat: ne honor hic vel diuitie nō adiumentū virtutis; sed remuneratio sint laboris. Ecce enim dum dicitur; recipisti bona in vita tua: indicatur & diues iste boni aliquid habuisse; ex quo in hac vita bona receperit. Rursumq3 dū de lazaro dicit; quia recipit mala: profecto mōstrat; & lazarus habuisse malū aliquod qd purgaretur. Sed mala lazari purgauit ignis inopie. & bona diuitis remunerauit foelicitas transeuntis vitae. Illū paupertas afflixit & transit; istū abūdātia remunerauit & repulit. Quicūq3 ergo bona in hoc saeculo habetis: cū vos bona egisse recolitis; valde de ipsis pertimescite; ne concessa vobis prosperitas eorundem remuneratio sit bonorum: & cum quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare conspicitis; nolite despicere; nolite desperare: quia fortasse quosquos superfluitas tenuissimae prauitatis inquinat; cachinus paupertatis purgat. de vobis omnino pertimescite: quia nōnulla etiā male acta prospera vita secuta est; de illis vero solicite pensate;

Cōuiuia sūt plena loquacitatis.

Exo.xxxij.

Diues male quare atroci9 in lingua ardebat.

Bonū si qd a deo habeam9 ptimescam9.

Malorū lazari & bonorum diuitis q̄ sit remuneratio

quia eorum vitā etiā magistra paupertas cruciat; quousq; ad vitę rectitudinē perducat. Sequitur. ☞ Et in his omnib⁹ inter nos & vos chaos magnū firmatū est: vt hi qui volunt ad vos transire nō possint: neq; inde huc trāsmeare. ☞ Quia in re valde querēdū est quo modo dicit: hi qui volunt ad vos transire nō possunt. Quia enim hi qui in inferno sunt; ad beatorum sortē transire cupiant: dubium nō est. qui vero iā in beatitudinis sorte suscepti sunt: quo pacto dicitur; quia trāsire ad eos qui in inferno cruciātur: volunt: Sed sicut transire reprobi ad electos cupiunt. i. a suppliciorꝫ suorū afflictione migrare: ita ad afflictos atq; in tormentis positos; transire iustorum est; mente ire per misericordiā: eosq; velle liberare. Sed q volunt de beatorꝫ sede ad afflictos; atq; in tormentis positos transire nō possūt: quia iustorꝫ animæ quāuis in suæ naturæ bonitate misericordiā habeant: iā tunc autoris sui iusticiæ coniunctæ; tāta rectitudine cōstringunt: vt nulla ad reprobos cōpassiōe moueant. Ipse quippe iudici cōcordāt cui inhærent: & eis quos eripere non possunt; nec ex misericordia cōdecendunt: quia tantū illos tunc a se videbunt extraneos: quantū & ab eo quē diligūt autore suo cōspiciunt repulsos. Nec iniusti ergo ad beatorū sortem transeunt: quia dānatione perpetua cōstringunt: nec iusti ad reprobos transire possunt: quia electi iam per iusticiā iudicis: eis nullo modo ex aliqua cōpassione miserentur. Sed postq̄ ardenti diuiti de se spes tollitur: eius animus ad ꝓpinquos quos reliquerat; recurrit: quia reproborum mentē pœna sua qn̄q; inutiliter erudit ad charitatē vt iam tunc etiā suos spiritualiter diligant; qui hic dū peccata diligerēt; nec se amabāt. Vnde nunc subditur. ☞ Rogo ergo te pater vt mittas eum in domū patris mei: habeo enim quinq; fratres; vt testetur illis ne & ipsi veniant in hoc locum tormentorū. ☞ Quia in re notādū est ardēti diuiti quāta ad suppliciū cumultāt. Ad pœnam nāq; suā ei; & cognitio seruatur & memoria: cognoscit enim lazarum quē despexit: fratrū quoq; suorꝫ meminit quos reliquit. Perfecta quippe ei vltio de paupere non esset/si hūc in retributionem non recognosceret: & perfecta pœna in igne non esset; si nō hoc quod ipse patitur etiā suis timeret. Vt ergo peccatores in supplicio amplius puniant: & eorū vident gloriā quos contēpserunt: & de illorum etiā pœna torquentur quos inutiliter amauerunt. Credendū vero est; q ante retributionē extremi iudicij iniusti in requie quosdā iustos aspiciūt; vt eos videntes in gaudio; nō solum

Dānati an velint transire ad saluātos recurrit

Dānati itaq; videntes saluātos in augmentum supplicii.

de suo supplicio; sed etiam de illorum bono crucietur. Iusti vero in tormentis semper intuentur in iustos: vt hinc eorum gaudiũ crescat; quia malũ cõspiciunt: quod misericorditer euaserunt; tãtoq; maiores creatori suo grãs referũt; quãto vidẽt in alijs qđ pperit ipsi essent derelicti potuerũt. Nec illã tantæ beatitudinis claritatẽ apud iustorum animũ fuscat aspecta pœna reproborum; quia vbi iam cõpassio miseriæ non erit: minuere proculdubio beatorum lœticiã nõ valebit Quid autem mirũ si dum iusti iniustorum tormẽta cõspiciũt: hoc illis eueniat in obsequiũ gaudiorum: quando & in pictura niger color substernitur: vt albus vel rubeus clarior videatur: Sicut dictum est: tanto bonis gaudia sua excrescunt; quanto eorum oculis damnatorum mala subteriacent: quæ euaserũt. Et quãuis eis sua gaudia ad perfruẽdum plene sufficiãt: mala tamen reproborum absq; dubio semper aspiciunt: quia qui creatoris sui claritatẽ vidẽt: nihil in creatura agit: quod videre nõ possint. Petẽti autem diuiti vt Lazarus mittatur/ab Abraam protinus respõdetur. Habẽt Moysen & pphetas; audiant illos. Sed qui dei verba despexerat: hæc audire non posse suos sequaces æstimabat. Vnde & respondit dicens: Non pater mi: sed si quis ad eos ex mortuis ierit: credẽt. Cui mox veraci sentẽtia dicit. Si Moysen & Prophetas nõ audiũt: neq; si qs ex mortuis resurrexerit: credẽt ei. quia nimirũ qui verba legis despiciunt: Redẽptoris præcepta qui ex mortuis resurrexit/quãto subtiliora sunt tãto hæc difficili⁹ implebunt. Minus est eñ quicqd per legẽ dicit/q̃ hoc qđ per dñm iubet. Illa eñ dari decimas præcipit: Redẽptor vero noster ab his qui perfectionẽ sequũtur om̃ia dimitti iubet. Illa pctã carnis resecat: Redẽptor vero noster cogitationes etiã illicitas damnat. Si ergo Moysen & Prophetas nõ audiũt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credẽt ei: quia hi q viliora præcepta impleri negligũt; Saluatoris nostri mãdatis altiorib⁹ obedire qñ cõualescũt: Et nimirũ cõstat: quia cuius implere dicta renuũt/ei pculdubio credere recusant. Hæc nos de ipsa rei gestæ cõsideratione dixisse sufficiat. Sed vos fratres charissimi & requiẽ Lazari & pœnã diuitis cognoscẽtes sollerter agite: culparum vestrarum intercessores quærite; atq; aduocatos vobis in die iudicij pauperes procurate. Multos eñ nunc lazaros habetis & ante ianuas vestras iacent; atq; his indigent quæ vobis iam satiatis quotidie de mensa cadũt. Verba sacræ lectionis debẽt nos instruere ad implẽda mandata pietatis. Quotidie Lazarum si quærimus; invenimus

Iusti iustorum tormenta conspecere possunt.

Præcepta redẽptoris sunt subtiliora præceptis legis.

quotidie Lazarꝝ si nō quærimus; cernim⁹. Ecce importune se pau
peres offerūt; rogāt nos qui tūc nobis intercessores veniēt. Certe
nos omnino rogare debuimus; tamē & rogamur. Videte si nega
re debem⁹ qđ petimur; qn̄ patroni sunt qui petūt. Nolite ergo mi
sericordiæ tp̄a perdere; nolite accepta remedia dissimulare. Ante
supplicium rogate de supplicio. Cum quoslibet in hoc mundo ab
iectos aspicitis; etiam si qua reprehensibilia eorum esse videantur/
nolite despicere; quia fortasse quos morū infirmitas vulnerat; me
dicina paupertatis curat. Quorum si qua sunt talia quæ debeant
iure repræhēdi; hæc si vultis ad vsum vestræ mercedis inflectitis:
vt ex ipsis eorꝝ vitijs cumulētur vobis incremēta pietatis: quaten⁹
panem pariter detis & verbū: panem refectionis cum verbo cor
reptionis: & duo a vobis alimēta percipiat / qui vnum quærebat;
dum exterius cibo/ & interius satiatur eloquio. Pauper ergo cum
reprehēsibilis cernitur: moneri debet & despici nō debet. Si vero
reprehēsiōis nil habet/ venerari sum mope sicut intercessor debet.
Sed ecce multos cernimus; quos cuius sint meriti/ nescimus. Oēs
ergo venerādi sunt; tātoq; necesse est vt oīb⁹ te humiliare debeas:
quāto quis sit ipse ignoras. Rem fratres refero quam bene is qui
præsto est frater & cōpresbyter meus speciosus nouit. Eodem tē
pore quo monasteriū petij; anus quædā Redēpta nomine/ in san
ctimoniali habitu constituta in vrbe hac iuxta Mariæ semper vir
ginis Ecclesiā manebat. Hæc illius herūdinis discipula fuerat; quæ
magnis virtutibus pollens super prænestinos montes vitam ere
miticā duxisse ferebatur. Huic duæ in eodē habitu discipulæ adhę
rebāt: vna nomine romula; & altera quæ nūc adhuc superest; quā
quidem facie scio, sed nomine nescio. Tres itaq; hæ in vno habita
culo cōmorātes; morum quidē diuitijs plenā; sed tn̄ rebus paupe
rem vitā ducebāt. Hæc autē quam præfatus sum; romula aliā quā
prædixi condiscipulā suā magis vitæ meritis anteibat. Erat quip
pe miræ patiētiæ/ summæ obediētiæ/ custos oris sui ad silentiū/ stu
diosa valde ad cōtinuæ orōnis vsum. Sed plærūq; hi quos iam per
fectos hoīes æstimāt/ adhuc in oculis summi opificis aliqđ imper
fectionis habent; sicut sæpe imperiti hoīes necdū perfecte sculpta
sigilla cōspicim⁹: & iam quasi pfecta laudam⁹: quæ adhuc artifex
considerat & limat; laudare iam audit & tamen ea tundere melio
rando non desinit. Hæc quā prædixim⁹ romula; ea quam græco
vocabulo paralysim medici vocant molestia corporali percussa

est:multisq; annis in lectulo decubans/pene oĩm iacebat mẽbrorum officio destituta:nec tñ hęc eadẽ:eius mentẽ ad impatientiam flagella perduxerant. Nam ipsa ei detrimẽta membroꝝ facta fuerant incremẽta virtutũ:quia tãto solicitius ad vsum orõnis excreuerat:quãto & aliud quodlibet agere nequaq̃ valebat. Nocte igitũ quadã eandẽ Redemptã quã præfat⁹ sum(quæ vtrasq; discipulas suas filiarum loco nutrierat)vocauit dicens. Mater veni/mater veni. Quę mox cum alia eius condiscipula surrexit:sicut vtrisq; referẽtibus & multis res eadem claruit & ego quoq; in eodem tempore audiui. Cũq; noctis medio lectulo iacẽtis assisterẽt/subito cœlit⁹ lux emissa/omne illius cellulæ spacium impleuit:& splẽdor tantæ claritatis emicuit:vt corda assistentiũ inęstimabili pauore perstringerẽt;atq;(vt post ipsę referebant)omne in eius corpus obrigesceret;& in stupore subito remanerent. Cœpit nanq; quasi cuiusdam magnæ multitudinis ingredientis sonitus audiri;ostiũ cellulæ concuti/ac si ingredientiũ turba pręmeret:atq;(vt dicebant)intrantiũ multitudinem sentiebãt;sed nimietate timoris & luminis nil videre poterãt:quia earũ oculos & pauor depresserat;& ipsa tãti luminis claritas reuerberabat. Quã lucem protinus miri odoris est fragrantia subsecuta:ita vt earum animum;quia lux emissa terruerat odoris suauitas refoueret. Sed cũ vim claritatis illius ferre non possent: cępit eadem Romula assistente & tremẽtem Redẽptã suorũ morũ magistrã blãda voce consolari/dicens. Noli timere mater: nõ morior modo. Cũq; hoc crebro diceret: paulatim lux quę fuerat emissa subtracta est:sed is qui subsecutus est odor remansit: sicq; dies secundus & tertius transijt;vt aspersa fragrantia odoris remaneret. Nocte igitur quarta eandẽ magistram suã vocauit: qua veniẽte viaticũ petijt & accepit. Necdum vero eadẽ Redẽpta:vel alia eius discipula a lectulo iacẽtis discesserat:& ecce subito in platea ante cellulæ eiusdẽ ostiũ duo chori psallentiũ cõstiterunt;&(sicut dicebãt)sexus ex vocib⁹ discreuisse:psalmodię cantus dicebãt viri & fœminæ respõdebãt. Cũq; ante fores cellulæ exhiberentur cœlestes exequiæ;sctã illa aĩa carne soluta est. Qua ad cœlũ ducta: quanto chori psallẽtium alti⁹ ascẽdebãt:tanto cœpit psalmodia leuius audiri:quousq; & eiusdem psalmodiæ sonit⁹ & odoris suauitas elõgata finiretur. Hæc igitur q̃diu vixerat in corpore:quis illã haberet in honore? Indigna cunctis hoĩbus & despecta videbatũ. Quis eñ ad illã accedere/quis illã videre dignaretũ? Sed latebat

in sterquilinio margarita dei. Sterquiliniũ fratres hãc ipam corru ptibilitatẽ corporis appello; sterquiliniũ abiectionem paupertatis nomino. Assumpta est ergo margarita quæ iacebat in sterqlinio & posita est in cęlestis regni ornamento. Iam inter supernos ciues emicat; iam inter ignitos illos lapides æterni diadematis coruscat. O vos qui in hoc mũdo vos diuites esse creditis aut estis; conferte si potestis falsas vestras diuitias veris diuitijs Romulę. Vos in hui⁹ mundi via oĩa amissuri possidetis; illa nil quæsiuit in itinere; & oĩa inuenit in peruẽtiõe. Vos lætã vitã ducitis/tristẽ mortẽ timetis; illa tristem vitã pertulit/ad lætã mortẽ peruenit. Vos ad tẽpus quæ ritis obsequia hominũ; illa despecta ab hominibus inuenit socios choros angelorũ. Discite ergo fratres tẽporalia cuncta despicere. discite honorẽ temporalẽ contẽnere/æternã gloriã amare. Honorate quos pauperes cernitis; & quos foris conspicitis despectos sæculi intus arbitramini amicos dei. Cũ his participamini qđ habetis; vt qñq; dignentur vobiscum participare quod habẽt. Pensate

ij. Cor. viij. quod ore magistri gentiũ dicit̃. In hoc tẽpore vestra abundãtia illorum inopiã suppleat; vt & illorum abũdãtia vestræ inopiæ sit supplementũ. Pensate q̃ ipa per se veritas dicit. Quãdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis/mihi fecistis. Ad tribuẽdũ ergo pi

Matt.xxv.c. gri cur estis? qñ hoc quod iacenti in terra porrigitis; sedẽti in cœlo datis. Sed hæc omps deus qui per me in vestris auribus loquitur/ per se in vestris mentibus loquatur. Qui viuit & regnat.

Segmentũ ex euãgelio Lucæ. xiiij. cap. D. qđ canit̃ dñica. ij. post Trinita. historia facta est Anno xp̃i. xxxij. v. kl'. Octo.



IN illo tẽpore. Dixit dñs Iesus discipulis suis similitudinẽ hanc. Homo quidã fecit cœnã magnã: & vocauit multos. Et misit seruũ suũ hora cœnę dicere inuitatis: vt venirẽt quia iam parata sunt oĩa. Et cœperũt oẽs simul excusare. Primus dixit. Villã emi & necesse habeo exire & videre illã. Rogo te habe me excusatũ. Et alter dixit. Iuga boum emi quinq;: & eo pbare illa. Rogo te; habe me excusatũ. Et alius dixit. Vxorem duxi: & ideo non possum venire. Et reliqua.

Homelia Gregorij papæ de eadẽ lectiõe habita ad ppl'm in basilica beatorꝝ Aplorꝝ Philippi & Iacobi dñica. ij. post Tri.

Corporis et cordis delicie plurimus inter esse dicuntur.

HOc distare fratres charissimi inter delicias corporis & cordis solet: q̃ corporales delicię cum nõ habẽtur; graue in se desi

derium accendūt:cū vero habitæ edūtur;comedentē protinus in fastidiū per facietatē vertūt. At cōtra spiritales delicię cū nō habē tur in fastidio sunt:cū vero habētur in desiderio:tantoq; a condente amplius esuriuntur;quāta ab esuriente amplius comedūtur. In illis appetitus placet;experiētia displicet:in istis appetitus vilis est: experiencia magis placet In illis appetitus saturitatem/saturitas fastidium generat:in istis appetitus saturitatē;saturitas appetitum parit. Augēt enim spiritales diliciæ desideriū in mēte dū satiāt: qa quāto magis earum sapor percipit̄;eo amplius cognoscitr̄ qd̄ auidius amet̄. Et idcirco nō habitę amari nō possunt:quia earū sapor ignorat̄. Quis eñ amare valeat quod ignorat? Proīde Psalmista nos admōet;dicēs. Gustate & videte qm̄ suauis est dn̄s. Acsi aperte dicat. Suauitatē eius nō cognoscitis; si hāc minime gustatis: sed cibū vitæ ex palato cordis tāgite: vt probātes eius dulcedinē amare valeatis. Has aūt homo delicias tūc amisit:cū in paradiso peccacauit. Extractus eñ a cibo æternę dulcedinis os clausit. Vnde nos quoq; nati in hui⁹ peregrinationis erumna:huc fastidiosi iā viniētes;nescimus quid desiderare debemus.tātoq; amplius fastidij nostri morbus exaggerat:quāto se magis ab esu illius dulcedinis animus elongat:& eo iā terrenas dilicias non appetit;quo eas comedere diu longeq; dissueuit. Fastidio ergo nostro tabescim⁹:& lōga inediæ peste fatigamur. Et quia gustare intus nolum⁹ paratam dulcedinē:amam⁹ foris miserei famē nostrā. Sed superna nos pietas nec se deserētes deserit. Cōtemptas eñ illas delicias ad memoriæ nostræ oculos reuocat:easq; nobis ꝓponit:in ꝓmissiōe torporē excutit:atq; vt fastidiū nr̄m repellere debeam⁹: īuitat. Ait nāq;. Hō quidā fecit cœnā magnā; & vocauit multos. Quis iste hō est;nisi ille de quo p ꝓphetā loquitur? Et hō est:& quis cognouit eū? q facit cœnā magnā:qa satietatē nobis dulcedinis internę preparauit. Qui vocauit multos;sed pauci veniunt:qa nōnunq; ipsi q ei p fidē subiecti sunt:ęterno ei⁹ cōuiuio male viuēdo cōtradicūt. Misit aūt seruū suū hora cœnę dicere īuitatis vt venirēt. Quid hora cœnæ;nisi finis est mundi? In quo nimirū nos sumus;sicut iā dudū Paulus testatur:dicēs. In quos fines sæculoꝝ deuenerūt. Si ergo hora cœnæ iā est cū vocamur:tāto magis non debem⁹ excusare a cōuiuio dei; quāto appropinquasse iā cernimus finē seculi. Quo eñ pensam⁹;quia nihil est qd̄ restat:eo debem⁹ ptimescere; ne tēpus gratię(qd̄ præsto est)pereat. Idcirco aūt hoc cōuiuiū dei

Ps.xxxiij.

Multi sunt qui nesciunt qd desiderare debeant.

Ezech.viij.

Cenam magnā fecit dominus.

j.Corin.x.c.

non prandiũ;sed cœna nominaт:qa post prādiũ cœna restat:post cœnā vero conuiuiũ nullũ restat. Et qa ęternũ dei cõuiuiũ nobis in extremo pparabiт:rectũ fuit;vt hoc nõ prādiũ;sed cœna vocaretur. Sed quis per hũc seruũ quiá patrefamilias ad inuitādũ mittitur;nisi prędicatorꝝ ordo signatur? De quo videlicet ordine quāuis adhuc indigni existim⁹ ; quãuis peccatorũ nostrorꝝ põderib⁹ grauamur;& nos tñ in istis dieb⁹ sumus:& cũ ad ędificationē vestrā vobis aliquid loquor;hoc est quod ago. Seru⁹ eñi sum summi patrisfamilias; cũ vos admoneo ad contemptũ sæculi:inuitare vos venio ad cœnā dei. Nemo me ꝓpter me hoc in loco despiciat Et si ad inuitandum nequaq̄ dignus appareo; sed tamen magnæ sunt deliciæ; quas promitto. Sæpe solet fratres mei euenire quod dico; vt persona potēs famulũ habeat despectũ cũq̄ per eum suis forte vel extraneis aliquod respõsum mādat:nõ despicitur persona loquētis serui:quia seruatur in corde reuerētia mittētis dñi: nec pensant qui audiũt per quē;sed quid vel a quo audiāt. Ita ergo fratres ita vos agite. & si nos forsitā digne despicitis;in mēte tñ vestra vocātis dñi reuerentiā seruate. Cõuiuę fieri summi patrisfamilias libēter obedite;corda vestra discutite:atq̄ ex eis mortale fastidiũ pellite. Ad repellendũ nāq̄ fastidium vestrũ iam parata sunt oia. Sed si adhuc carnales estis;fortasse epulas carnales inquiritis. Ecce ipsæ carnales epulæ;in spirituale vobis alimentũ cõuersæ sunt. Ad abstergēdum nāq̄ mētis vestrę fastidium in cœna dei:ille vobis singularis agnus occisus est. Sed quid agimus quia hoc quod subiungiт; adhuc fieri a multis viderũt? ⁋Et ceperunt omēs simul excusare. Offert deus quod rogari debuit:nõ rogat⁹ dare vult; quod vix sperari poterat:quia dignaretur largiri postulatus. Cõtemptorib⁹ vero paratas delicias refectiõis æternæ denunciat:& tamē simul oēs excusant. Ponamus ante oculos mentis minima vt possimus digne pensare maiora. Si quisq̄ potēs ad inuitādum quēpiā pauperē mitteret: quid fratres rogo; quid pauper ille faceret;nisi de eadē sua inuitatione gauderet? respõsum humilē redderet? vestē mutaret? ire quātotius festinaret: ne prior se ad potētis cõuiuiũ alter occurreret? Homo ergo diues inuitat:& pauper occurrere festinat. Ad dei inuitamur cõuiuiũ:& excusamus. Sed ecce inter hæc ęstimare possum quid sibi corda vestra respõdeāt. Occultis enim fortasse sibimet cogitationibus dicunt. Excusare nolumus. At illud enim supernæ refectionis conuiuium; & voca

Cena facta nullum restat conuiuium.

Despectũ nũcij verba non propter ipm sed ꝓpter reuerentiā mittētis non despiciuntur.

ri & peruenire gratulamur. Loquentes vobis talia: mētes vestrę verum dicunt: si nō plus terrena q̄ cœlestia diligūt; si nō amplius rebus corporalib⁹ q̄ spiritualib⁹ occupātur. Vnde hic quoq; ipsa excusantū causa subiungitur: cum protinus subinfertur. Prim⁹ dixit; villā emi; & necesse habeo exire videre illam: rogo te habe me excusatū. Quid per villā; nisi terrena substantia designatur? Exit ergo videre villā; qui sola exteriora cogitat propter substantiam. Alter dixit. Iuga boū emi quinq; & eo probare illa: rogo te habe me excusatum. Quid in quinq; iugis boū; nisi quinq; sensus corporis accipimus? Qui recte quoq; iuga boum vocati sunt: quia in vtroq; sexu gemināntur. Qui videlicet corporales sensus: quia interna cōprehendere nesciūt; sed sola exteriora cognoscūt; & deserentes intima ea: quę extra sunt tangūt: recte per eos curiositas designatur: quæ dū alienā vitā quærit discutere: semp sua intima nesciens; studet exteriora cogitare. Graue nāq; est curiositatis vitiū: quæ dū cuiuslibet mente ad inuestigandā vitā proximi exterius duxit; semper ei sua intima abscondit: vt aliena sciēs se ne sciat: & curiosi animus quāto peritus fuerit alieni meriti; tanto fiat ignarus sui. Propter hoc nāq; & de his quinq; iugis boum dicitur: eo probare illa; rogo te habe me excusatum. Ipsa enim excusantis verba à vitij sui significatiōe nō discrepauit: dū dicit: eo p̄bare illa: quia videlicet aliq̄n pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notandū; q̄ is qui p̄pter villam; & is qui propter probanda iuga boū á cœna sui inuitatoris excusat; humilitatis verba p̄miscet: dicēs. Rogo te habe me excusatū. Dū enim dicit rogo: & tñ venire contēnit: humilitas sonat in voce; superbia in actione. Et ecce hęc dijudicat praua quisq; cū audit: nec tamē ea quę dijudicat agere desistit. Nā dū cuilibet peruerse agenti dicimus: cōuertere; deū sequere; mundū relinque: vbi hunc nisi ad dñicam cœnā vocam⁹? Sed cum respondet: ora pro me; quia peccator sum: hoc facere nō possum: quid aliud agit nisi rogat & excusat? Dicens nāq; peccator sum: humilitatē insinuat: subiungēs aūt cōuerti nō possum; superbiā demōstrat. Rogādo ergo excusat: qui & humilitatē superducit in voce; & superbiā exercet in actione. Alius autem dixit: Vxorem duci: & ideo nō possum venire. Quid per vxorē; nisi voluptas carnis accipitur? Nam quāuis bonū sit coniugium: atq; ad propagandā sobolē diuina prouidētia cōstitutū: nōnulli tamē non per hoc fœcunditatē prolis; sed desideria expetūt voluptatis;

Villa terrenam substantiā significat.

Boū quinq; iuga quinq; sensus representant.

Coniugium tertium.

Auaritia curiositas & voluptas priuat homines a cena domini.

& idcirco per rē istā significari potest; non incongrue res iniustas. Ad cœnā ergo nos æterni cōuiuij summus paterfamilias inuitat: sed dū alius auariciæ; alius curiositati; alius voluptati carnis est deditus; nimirū reprobi simul oēs excusant. Dū hunc terrena cura occupat illū; alieni actus sagax cogitatio deuastat; alterius etiā mētē voluptatis carnis inquiāt; fastidiosus quisqȝ ad æternę vitę epulas nō festinat. Sequit. ¶ Reuersus seruus nūciauit hæc dño suo. Tunc iratus paterfamilis; dixit seruo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis; & pauperes; ac debiles; cæcos & claudos introduc huc. Ecce q terrenæ substātiæ plus iusto incubat; venire ad dñicam cœnā recusat; q labori curiositatis insudat; præparata vitæ alimēta fastidit; qui carnalib⁹ desiderijs inseruit; spiritualis cōuiuij epulas respuit. Quia ergo venire superbi renuūt; pauperes eligūtur. Cur hoc? Quia iuxta Pauli vocē. Infirma mūdi elegit de⁹: vt cōfūdāt fortia. Sed notandū nobis est; quomodo describātur qui ad cœnā vocantur; & veniūt. Pauperes & debiles dicuntur; qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Nā pauperes quasi fortes sunt: qui & positi in paupertate superbiūt. Cęci vero sunt; qui nullū ingenij lumē habēt. Claudi quoqȝ sunt; q rectos gressus in operatione nō habēt. Sed dū moꝝ vicia in mēbroꝝ debilitate signant; pfecto liquet: quia sicut in peccatores fuerunt qui vocati venire noluerūt: ita hi quoqȝ peccatores sunt; q inuitant: & veniūt. Sed peccatores superbi respuunt: vt peccatores humiles eligant. Hos elegit dñs; quos despicit mundus: quia plerūqȝ ipsa despectio hominē reuocat ad semetipsum. Is eī qui patrē reliquit; & partē subāstiæ quā perceprāt; pdige expēdit: postqȝ esurire cœpit: in se reuers⁹ dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panib⁹. Longe qppe á se discesserat qū peccabat: & si nō esurisset; in semetipsum minime redijsset: quia qostqȝ terrenis reb⁹ indiguit: tunc cogitare cœpit quid de spiritualib⁹ amisit. Pauperes ergo & debiles cęci & claudi vocantur; & veniunt: quia infirmi quiqȝ atqȝ in hoc mundo despecti plerūqȝ tāto celerius vocē dei audiūt: quanto in hoc mūdo non habent vbi delectent. Qd bene Amalechitarū puer ille ægyptius designat; qui amalechitis prædantibus; atqȝ currentib⁹ æger remāsit in via: & fame sitiqȝ aruit. Quē tñ Dauid inuenit: ei cibū potumqȝ præbuit. Qui illico cōualescens dux Dauid factus cōuiuanter amalechitas reperit: & eos qui se debilē reliquerāt: cū magna fortitudine pstrauit. Amalechita quippe populus lābens

[Margin notes: i. Corin. i. d. — Pauperes et debiles qui dicuntur. — Deus elegit quos mūdus despicit. — Luce. xv. d. — i. reg. xxx. c.]

vocabat̃.Et quid p lābentẽ populũ;nisi mẽtes sæculariũ designā- tur;quæ terrena cuncta ambiẽdo quasi lābunt dũ solis tẽporalib⁹ delectant̃:Quasi eñi popul⁹lābẽs prædā facit:dũ terrena diligen tes lucra de alienis dãnis exaggerãt.Sed puer ęgypti⁹ æger in via relinquit̃:quia peccator quisq; dũ infirmari ab huius mundi statu cœperit;mox sæcularib⁹ mentib⁹ in despectũ venit.Quẽ tñ Da- uid inuenit; eiq; cibũ & potũ prębet:quia manu fortis dñs adiecta mundi nõ despicit;& plerũq; eos qui sequi mundũ minime valen tes quasi in via remanẽt; ad amoris sui gratiā cõuertit; eisq; verbi sui cibũ potũq; porrigit: & quasi duces sibi in via eligit; dum suos etiā prædicatores facit.Dũ enim xp̄m peccatorꝝ cordib⁹ inferũt: quasi Dauid super hostes ducunt. Qui cõuiuantes Amalechitas velut Dauid gladio feriunt: quia superbos quosq; qui se in mũdo despexerāt; dñi virtute ꝓsternũt. Puer ergo ægyptius qui in via remãsit amalechitas interfecit:quia plerũq; ipsi mentes sæculariũ predicãdo superant: qui prius cũ sæcularib⁹ in hoc mũdo currere nõ valebāt.Sed deductis ad cœnā pauperib⁹ quid puer subiũgat; audiamus. ☞Dñe factũ est vt imperasti:& adhuc locus est.◿ Mul- ti tales ad cœnā dñicam ex iudæa collecti sunt:sed multitudo quæ ex Israelitico pp̄lo credidit;locũ superni cõuiuij non impleuit.In- trauit iā frequẽtia iudæorꝝ;sed adhuc vacat locus in regno vbi su scipi debeat numerositas gentiũ. Vnde & idem seruo dicit̃.☞Exi in uias & sepes:& cõpelle intrare;vt impleatur domus mea.Cum de vicis & plateis ad cęnā quosdā dñs inuitat:illũ videlicet populũ designat;qui tenere legẽ sub vrbana conuersatione noluerat. Cũ vero cõuiuas suos colligi ex vijs & sepibus præcipit: nimirũ a- grestem populũ.i.gentilẽ quærit. De cuius significatione p Psal- mistam dicit̃. Tunc exultabunt omnia lingua siluarum ante faciẽ dñi:quoniā venit.Lingua enim siluæ gẽtes vocatę sunt:quia in in fidelitate sua tortæ & in ĩfructuosę semp fuerũt.Qui ergo ex illo aggresti vsu cõuersi sunt ad cœnam dñicam: quasi ex sepib⁹ vene runt. Notandũ vero ꝙ in tertia hac inuitatione nõ dicitur inuita; sed cõpelle intrare. Alij eñi vocantur;& venire cõtẽnunt:alij vo- cãtur & veniũt;alij aũt nequaq̄ dicit̃;quia vocant̃:sed cõpellunt̃ vt intrent. Vocant̃ & venire contẽnunt:qui donũ quidem intel- lectus incipiũt;sed eundem intellectũ operib⁹ nõ sequunt̃. Vocā tur;& veniũt;qui acceptũ intellectus gratiā:operando perficiunt. Quidā vero sic vocant̃;vt etiā cõpellant̃; nā sunt nõnulli qui bo-

Amalechita populus lam bens vocat̃.

Psal.xcv.

Gentiles vocati sunt lin gua siluæ.

Gloriā tēporalem multi conātur apprehendere: & nequeunt.

na faciēda intelligūt:sed hæc facere desistunt. Vidēt quę agere debeant;sed hæc ex desiderio nō sequuntur. His(vt superius dixim⁹) plærūq; contingit;vt eos in carnalib⁹ desiderijs suis; mūdi hui⁹ aduersitas feriat:apprehēdere tēporalē gloriā conētur & nequeāt; & dū per alta pelagi quasi ad grādiores curas hui⁹ sæculi nauigare proponūt/semper aduersis flatib⁹ ad deiectiōis suæ littora appellūtur. Cūq; se frāgi in desiderijs suis aduersante mundo conspiciunt quid de se auctori suo debeāt/cōmemorāt:ita vt ad eum erubescētes redeāt;qui eū supbiētes,p amore mūdi deserebant. Sæpe nāq; nōnulli ad tpalem gloriā ,pficere volētes;aut longa ægritudine tabescunt;aut afflicti iniurijs concidunt:aut percussi grauibus dānis affliguntur;& in mūdi dolore:vidēt quia nihil cōfidere de eius voluptate debuerūt;seq; ipsos in suis desiderijs rephendētes; ad deū corda cōuertūt. De his quippe dñs p ,pphetā dicit. Ecce ego sepiā viam tuā spinis;& sepiā eam maceria;& semitas suas nō inueniet; & sequetur amatores suos;& non apprehendet eos:quæret & nō inueniet eos:& dicet. Vadā & reuertar ad virū meū priorē:qa bene mihi tunc erat;magis q̄ nūc. Vir vniuscuiusq; fidelis animę de⁹ est;quia hæc videlicet ei est cōiuncta per fidem. Sed illa quæ cōiuncta fuerit deo aīa;amatores suos sequit̄:qn̄ mens quæ iam per fidē credidit:adhuc se immūdis spiritibus in operationibus substernit mundi glīam quærit:carnali delectatiōe pascit̄;exquisitis voluptatibus nutritur. Sed plærumq; oīpotēs deus talem aīam misericorditer respicit:& eius voluptatib⁹ amaritudines permiscet. Vnde dicit. Ecce ego sepiam vias tuas spinis. Viæ etenim nostræ spinis septæ sunt:qn̄ in hoc quod male cupim⁹/dolorꝝ punctiones inuenim⁹. Et sepiā eam maceria:& semitas suas nō inueniet. Viæ nostræ maceria sepiunt̄:cum desiderijs nr̄is duræ in hoc mūdo obiectiōe resistūt. Et semitas nostras inuenire nō possumus; quia hoc quod male quærimus/adipisci prohibemur. Et sequitur amatores suos & non apprehendet eos:quæret & non inueniet eos:quia malignos spiritus quib⁹ se in suis desiderijs aīa subdidit/ad desideriorum suorum effectum minime cōprehēdit. Sed de hac salubri aduersitate quāta vtilitas nascatur/adiungit cū subdit̄ & dicit. Vadam & reuertar ad virū meū priorē:quia bene mihi erat:tunc magis;q̄ nunc. Postq̄ ergo vias suas spinis septas inuenit:postq̄ amatores suos apprehendere non valet;ad amorem viri prioris redit: quia plærūq; postq̄ in hoc mūdo nō possumus obtinere quæ vo.

Olee.ij.b.

Animę cuius q; fidelis vir deus est.

Viæ nostre maceria sepiuntur.

lum⁹: postq̃ in terrenis desiderijs de impossibilitate lassamur: tũc ad mentem dñm reducimus; tunc placere incipit/qui displicebat: & is cui⁹ nobis amara fuerãt pręcepta: repente dulcessit in memoria: & peccatrix anima quæ adultera conata est esse: nec tñ aperto opere potuit; decreuit esse fidelis coniux. Qui ergo huius mundi aduersitatibus facti ad dei amorẽ redeũt: atq̃ a præsentis vitæ desiderijs corrigũtur: quid isti fratres charissimi/ nisi cõpelluntur vt intrent: Sed valde est tremẽda sentẽtia: quæ protinus sub infertur Intẽta hãc cordis aure percipite fratres & dñi mei; in quãtum iusti domini mei: intẽta hãc aure percipite: vt tanto eam min⁹ sentiatis in examine/ quanto nunc auditis formidolosius in prædicatione. ait enim. ℞ Dico autẽ vobis: q̃ nemo virorum illorum qui vocati sunt/ gustabit cœnam meã. Ecce vocat per se: vocat per angelos: vocat per Patres; vocat p̱ Prophetas; vocat per Apostolos: vocat per Postores: vocat etiã p̱ nos: vocat plæ̃rũq̃ p̱ miracula: vocat plęrũq̃ per flagella: vocat aliquando per mundi huius prospera; vocat aliquando per aduersa. Nemo contemnat: ne dum vocatus excusat; cũ voluerit intrare nõ valeat. Audite quid sapiẽtia per Salomonem dicat. Tunc innuocabunt me/ & nõ exaudiam: mane cõsurgẽt & non inueniẽt me. Hinc est q̃ fatuæ virgines tarde veniẽtes clamant. Dñe dñe aperi nobis. Sed iam tunc aditum quærentibus dicitur. Amen amen dico vobis/ nescio vos. Quid inter hæc fratres charissimi nisi relinquere omnia debemus: curas mundi postponere/ solis desiderijs æternis inhiare: Sed hæc paucis data sunt. Admonere vos volo/ vt relinquatis omĩa: sed nõ præsumo. Si ergo cũcta mundi relinquere non potestis: sic tenete quæ huius mundi sunt; vt tñ per ea non teneamini in mundo: vt terrena res possideatur nõ possideat: vt sub mentis vestræ sit dñio q̃d habetis/ ne si mens vestra terrenarum rerum amore vincitur/ a rebus suis magis ipsa possideat̃. Sit ergo res tẽporalis in vsu æterna in desiderio: sit res temporalis in itinere/ desideretur æterna in peruentiõe Quasi ex latere respiciat̃ quicq̃d in hoc mũdo agit̃; ante nos autẽ tendãt mentis oculi cũ tota intentiõe illa cõspiciãt ad quæ puenie-mus. Extirpent̃ funditus vitia: nõ solum ab actu operis: sed etiam a cogitatione cordis euulsa. Non vos voluptas carnis/ non sollicitudo curiositatis: nõ æstus ambitionis a dñica cœna præpediat: sed ipsa quoq̃ quæ honesta in mundo agimus/ quasi ex quodã latere mentis tangamus; vt terrena quælibet sic nostro corpori seruiant/

Textus.

Deus nos vocat multipliciter.

Prouerb. j. b.

Matt. xxv. a.

Bona mũdi qualiter sunt tenenda.

quatenus cordi minime obsistant. Non ergo fratres audemus vobis dicere: vt omnia relinquatis: sed tamē si vultis omnia etiam retinendo relinquitis; si sic tēporalia geratis: vt tamē tota mēte ad æterna tēdatis. Hinc etēm paulus apl'us dicit. Tēpus breue est: reliquū superest: vt qui habēt vxorē; tanq̄ nō habētes sint: & qui flent; tanq̄ non flentes: & qui gaudēt; tanq̄ nō gaudētes: & qui emūt; tanq̄ non possidētes; & qui vtūtur hoc mūdo; tanq̄ nō vtātur. Præterit enim figura huius mūdi. Vxorē namq̄ habet: sed quasi non habēs/qui sic scit carnis debita exoluere: vt tñ per ea mūdo tota mente nō cogatur inhærere. Nam cū idē rursum egregius prædicator dicat. Qui habet vxorē cogitat quæ sunt hui⁹ mūdi: quomodo placeat vxori: ille vxorē habēs quasi nō habet; qui sic studet placere cōiugi: vt tñ nō displiciat cōditori. Flet quoq̄: sed tanq̄ nō fleat; qui sic tempalibus dānis affligitur: vt tñ de æternis lucris semper animum consoletur. Gaudet vero: sed tanq̄ non gaudeat; qui sic tempalib⁹ bonis hilarescit: vt tñ semper perpetua tormenta cōsideret: & hoc quod mentē gaudio subleuat/hanc cōtinuo pondere ꝓuidi timoris premat. Emit autē: sed quasi nō possidens: qui & ad vsum terrena præparat; & tñ cauta cogitatiōe præuidet q̄ hæc citi⁹ relinquat. Mundo quoq̄ vtitur: sed quasi non vtatur; qui & necessaria cūcta exterius ad vitæ suæ ministerium redigit; & tamē hæc eadē nō sinit suæ menti dominari: vt & subiecta foris seruiant: & nunq̄ intētionē animi ad alta tendentis frangant. Quicūq̄ igitur tales sunt/eis ꝑfecto terrena omnia: non ad desiderium: sed ad vsum adsunt; quia rebus quidē necessarijs vtuntur: sed nihil cū peccato habere cupiunt. De ipsis quoq̄ rebus habitis; quotie mercedes quærunt; & plus gaudent bono opere: q̄ bona possessione.

i. Corin. vij.

Segmētum ex euangelio Lucæ. xv. capite. A. quod canitur dñica. iij. post Trinitatē. Historia facta est anno Christi. xxxij. vi. Kl'. semptembris. feria. v.



In illo tempore. Accesserunt ad dñm Iesum publicani & peccatores: vt audirent illum. Et murmurabant Pharisæi & Scribæ; dicentes. Quia hic peccatores recipit & mādūcat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam; dicēs. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis; nonne dimittit nonaginta nouem in diserto: & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eā? Et cum inuenerit eam; imponit in hu-

meros suos gaudēs: & veniens domum conuocauit amicos & vicinos; dicēs illis. Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam quæ perierat Dico vobis: quod ita gaudium erit in cœlo sup vno peccatore pœnitētiam agente: quam supra nonaginta nouē iustis qui nō indigent pœnitentia. Et reliqua.

Homilia Gregorij papæ de eadem lectione.

Æstiuum tēpus quod corpori meo valde cōtrarium est: loqui me de expositiōe euāgelij lōga mora interueniēte prohibuit; sed nunquid quia lingua tacuit; ardere charitas cessauit? Hoc enim dico quod apud se vestrum vnusquisq; cognoscit. Plærumq; charitas quibusdam occupationib9 præpedita: & intus flagrat in corde: & tamen non monstratur in opere; quia & sol cum nube tegitur: non videtur in terra: & tamen ardet in cœlo. Sic esse occupata charitas solet; & intus sui vim ardoris exercet: & foris flammas operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus redijt: vestra me studia accēdunt; vt mihi tāto amplius loqui libeat; quanto hoc vestræ mentes desiderabilius expectant. Audistis in lectione euangelica fratres mei: quia peccatores & publicani accesserunt ad redemptorem nostrum: & non solum ad colloquendum: sed etiam ad conuescendum recepti sunt. Quod vidētes pharisæi dedignati sunt. Ex qua re colligite: quia vera iusticia cōpassionē habet; falsa iusticia dedignationē: quamuis & iusti soleant peccatoribus dedignari. Sed aliud est quod agitur typo superbiæ aliud quod zelo iusticiæ vel disciplinæ. Dedignantur etenim; sed nō dedignātes desperant; sed nō desperātes persecutionē cōmouent; sed amantes: quia & si foris increpatiōes p disciplinā exaggerāt: intus tñ dulcedinē per charitatē seruāt. Præponūt sibi animo ipsos plærūq; quos corrigunt: meliores æstimāt eos quoq; quos iudicāt. Quod videlicet agentes: & per disciplinā subditos: & per humilitatē custodiūt semetipsos. At contra hi qui de falsa iusticia superbiæ solent: cæteros quosq; despiciunt: nulla infirmantib9 misericordia condescendunt: & quo se peccatores esse non credunt: eo deterius peccatores fiūt. De quorum profecto numero pharisæi extiterāt: qui dijudicantes dominum; quod peccatores susciperet: arenti corde ipsum fontem misericordiæ repræhendebāt. Sed quia ægri erant: ita vt se ægros esse nescirēt: quatenus quod erant agnoscerent: cœlestis eos medicus fomentis blandis curat: benignum paradigma obijcit: & in eorum corde vulneris tumorem premit.

Charitatis impedite pro pxietas sub cōparatione solis monstrat

Vera iusticia compassionē hab3: falsa dedignationē3.

Ait nãq;. Quis ex vobis homo qui habet centũ oues: & si perdiderit vnã ex illis; nõne dimittit nonaginta nouẽ in deserto: & vadit ad illã quę perierat? Ecce mira dispensatione pietatis similitudinẽ veritas dedit; quã & in se homo ipse recognosceret: & tamẽ hęc specialiter ad ipsum autorẽ hominũ pertineret. Quia etenim centenarius perfectus est numerus: ipse centũ oues habuit; cũ sanctorum angelorũ subantiã & hominũ possedit. Sed vna ouis tũc perijt: quando peccãdo homo pascua vitę dereliquit. Dimisit autem nonaginta nouẽ in deserto: quia illos summos angelorũ choros reliquit in cœlo. Cur autem cœlũ desertũ vocatur; nisi quod desertum dicitur derelictũ? Tũc autẽ homo cœlũ deseruit cũ peccauit. In deserto aũt nonaginta nouẽ oues remanserant: quando in terra dñs vnam ouẽ quærebat: quia rationalis creaturæ numerus; angelorum videlicet & hominũ qui ad videndũ deum conditus fuerat pereunte homine erat imminutus: & vt perfecta summo ouiũ integraretur in cœlo; homo perditus quęrebatur in terra. Nã quod hic euangelista dicit in deserto; alius dicit in mõtibus; vt significent in excelsis; quia nimirũ oues quę nõ perierant in sublimibus stabãt. Et cum inuenerit ouẽ; imponit in humeros suos gaudẽs. Ouẽ humeris suis imposuit: quia humanam naturã suscipiẽs; peccata nostra in se portauit. Et veniens domũ conuocat amicos suos & vicinos; dicẽs eis. Cõgratulamini mihi: quia inueni ouẽ meã: quę perierat. Inuẽta oue ad domũ redijt: quia pastor noster reparato homĩe ad regnũ cœleste redijt. Ibi amicos & vicinos inuenit: illos videlicet angelorum choros; qui amici sunt: quia voluntatẽ eius cõtinue in sua stabilitate custodiũt. Vicini quoq; eius sunt: quia claritate visionis illius sua assiduitate perfruunt. Et notandũ quod nõ dicit. Cõgratulamini inuentæ oui; sed mihi: quia videlicet eius est gaudium vita nostra: & cum nos ad cœlum reducimur; solẽnitatẽ lætitię eius implemus. Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiã agẽte: quam super nonaginta nouẽ iustis qui non indigent pœnitentia. Considerandum nobis est fratres mei cur dñs plus de cõuersis peccatoribus: quam de stantibus iustis in cœlo gaudiũ esse fateat. Vnde hoc? nisi quod ipsi per quotidianum visionis experimentũ nouimus: quia plærũq; hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt: stant quidẽ in via iusticiæ: nulla illicita perpetrãt; sed tamen ad cœlestem patriam anxie nõ anhelant; tantoq; sibi in rebus licitis vsum prębẽt; quãto se perpetrasse

illicita nulla meminerunt: & plęrũq; pigri remanent ad excercenda bona præcipua: quia valde sibi securi sunt q nulla commiserunt mala grauiora. At contra; nonnunq; hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt; ex ipso suo dolore compuncti; inardescunt in amore dei: seseq; in magnis virtutibus exercẽt: cuncta & difficilia sancti certaminis appetunt: omnia mundi derelinquunt; honores fugiunt: acceptis contumelijs lætantur; flagrant desiderio; ad cœlestem patriam anhelant. Et quia se errasse á deo cõsiderãt; damna præcedentia lucis sequentib⁹ recompensant. Maius ergo de peccatore cõuerso; q̃ de stante iusto gaudium fit in cœlo: quia & dux in prælio plus eum militem diligit; qui post fugam reuersus hostem fortiter premit: q̃ illum qui nunq; terga præbuit; & nunq; aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat: quæ post spinas vberes fruges profert: q̃ eam quæ nunq; habuit spinas; & nũq; fertilẽ messem produxit. Sed inter hæc sciẽdum est; quia sunt plæriq; iusti in quorum vita tãtum est gaudiũ: vt eis quælibet peccatorum pœnitentia præponi nullatenus possit. Nam multi & nullorum sibi malorum sunt cõscij: & tamen in tanti ardoris afflictione se exercent; ac si a peccatis omnibus angustentur. Cuncta etiam licita respuunt: ad despectum mundi subli- miter accinguntur. Licere sibi nolunt omne qđ licet: bona etiam amputant sibi concessa; contemnunt visibilia; inuisibilibus accenduntur; lamentis gaudent; in cunctis semetipsos humiliãt: & sicut nonnulli peccata operum; sic ipsi peccata cogitationũ deplorant. Quid itaq; istos, nisi & iustos dixerim & pœnitentes: qui se & in pœnitentia de peccato cogitationis humiliant: & recti semper in opere perseuerant. Hinc ergo colligendum est quãtum deo gaudium faciat; quando humiliter plangit iustus; si facit in cœlo gaudiũ; quando hoc qđ male gessit per pœnitentiã damnat iniustus.

Iusti pœnitẽtis humilitas

Sequitur. ¶ Aut quæ mulier habens drachmas decem: & si perdiderit drachmam vnam; nõne accẽdit lucernam; & euertit domũ & quærit diligẽter donec inueniat? &c. Quid signatur p pastorẽ ipse; & per mulierẽ. Ipse eñ deus; ipse & dei sapiẽtia. Et quia imago exprimitur in drahcma: mulier drachmam perdidit: quãdo scilicet homo qui cõditus ad imaginem dei fuerat: peccãdo a similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam: quia dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est; lumẽ vero in testa; est diuinitas ĩ carne. De qua videlicet

Textus.

Drachma per ch. legendus: non dragma per. g. vt Linacrius Heb. annotauit.

Lumen in testa diuinitas in carne est.

Psal. xxj. testa sui corporis dicit ipsa sapiētia. Exaruit velut testa virtus mea. Quia enim testa in igne solidatur: eius virtus sicut testa exaruit: quia assumptam carnem ad resurrectiōis gloriam ex passionis tribulatione roborauit: accensa autem lucerna euertit domum: quia mox vt eius diuinitas per carnem claruit / omnis se nostra conscientia concussit. Domus namq; euertitur: cum consideratione sui reatus humana conscientia perturbatur. Qui euersionis sermo non discrepat ab eo qđ in alijs codicibus legitur; emūdat: quia nimirum praua mens si nō prius per timorem euertitur; ab assuetis vitijs non emundatur. Euersa ergo domo inuenitur drachma: quia cum perturbatur conscientia hominis; reparatur in homine similitudo conditoris. ¶ Et cum inuenerit; conuocat amicos & vicinas suas; dicēs. Cōgratulamini mihi oēs: quia inueni drachmā quam perdiderā. ¶ Quæ amicæ vel vicinæ; nisi illæ potestates cœlectes sunt iam superius dictæ: quæ tanto supernæ sapiētiæ iuxta sunt; quanto ei per gratiā continuæ visionis appropinquant. Sed inter hęc nequaq; relinquere negligēter debem⁹; cur ista mulier per quam dei sapientia figuratur: decem drachmas habuisse perhibetur: ex quibus vna perdidit; quam cum quæreret; inuenit. Angelorum quippe & hominū naturam ad cognoscendū se dñs condidit; quam dum cōsistere ad ęternitatem voluit; eam procul dubio ad suam similitudinem creauit. Decem vero drachmas habuit mulier: quia nouem sunt ordines angelorum: sed vt compleretur electorū numerus: homo decimus est creatus: quia cōditori suo: nec post culpā perijt: quia hunc æterna sapientia per carnem miraculis coruscans; ex lumine testę reparauit. Nouem vero ordines angelorum diximus: quia videlicet (testante sacro eloquio) scimus; angelos; archangelos; virtutes; potestates: pricipatus; dominationes; thronos; cherubim; atq; seraphim. Esse namq; angelos & archangelos; pene oēs sacri eloquij paginæ testātur. Cherubim vero atq; seraphim; sæpe (vt notū est) libri prophetarum loquuntur. Quattuor ergo ordinum nomina Paulus apostolus ad ephesios enumerat; dicens. Supra omnem principatum & potestatē; & virtutē; & dominationē. Qui rursus ad colossenses scribens; ait. Siue thronos; siue dñationes; siue principatus; siue potestates. Dominationes vero principatus ac potestates iā ad ephesios loquens: descripserat. Sed ea quoq; colossensib⁹ dicturus: præmisit thronos; de quibus necdum quicq; fuerat ephesijs locutus.

Margin notes: "Domū euerti quid sit." (beside "conscientia concussit"); "Textus." (beside "similitudo conditoris"); "Ephe. j. d." (beside "testatē"); "Col. j." (beside "bens; ait").

Cum ergo illis quattuor quæ ad Ephesios dixit .i. principatibus: potestatibus: virtutibus: atq; dñationibus coniunguntur. Throni quinq; sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum Angeli & Archãgeli: Cherubim atq; Seraphĩ adiũcta sunt ꝑcul dubio nouẽ esse Angeloꝝ ordines inueniunt. Vnde & ipsi An-gelo qui primus est cõditus per ꝓphetam dicitur. Tu signaculum similitudinis: plenus sapientia: & perfectus decore; in delicijs pa-radisi dei fuisti. Vbi notandum ꝙ nõ ad similitudinem dei factus; sed ad signaculum similitudinis dicitur; vt quo subtilior in eo est natura: eo imago dei in illo similius insenuetur expressa. Quo in loco mox subditur. Omnis lapis preciosus operimentum tuum: sardius/topazius/iaspis/chrisolytus/onyx & berillus/saphyrus/carbunculus/& smaragdus. Ecce nouem dixit nomina lapidum quia profecto nouem sunt ordines angelorum. Quibus nimirũ ordinibus ille primus angelus ideo ornatus & opertꝰ extitit: quia dum cunctis agminibus angelorum prelatus est/ex eorum cõpa-ratione clarior fuit. Sed cur istos persistentium angelorum choros enumerando perstrinximus: si non eoꝝ ministeria subtiliter ex-primamꝰ; Græca enim lingua angelij nũcij; archãgeli vero sum-mi nuncij vocantur. Sciendum quoq; ꝙ angelorum vocabulũ no-men est officij; non nature. Nam sancti illi cœlestis patriæ spiritus semper quidem sunt spiritus; sed semper vocari Angeli nequaq; possunt: quia tunc solum sunt Angeli cum per eos aliqua nũcian-tur. Vnde & per Psalmistam dicitur. Qui facit angelos suos spũs. Acsi patẽter dicat. Qui eos quos semper habet spiritus: etiam cũ voluerit Angelos facit. Hi autẽ qui minima nunciant angeli: qui vero summa nunciant Archãgeli vocantur. Hinc est enim ꝙ ad Mariam virginem non quilibet angelus; sed Gabriel archangelꝰ mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat: qui summum omnium nunciabat. Qui idcirco etiã priuatis nominibus censent: vt signetur per vocabula etiã in operatione quid valeant. Neq; enim in illa sancta Ciuitate quam visione omnipotentis Dei plena scientia perfecit, idcirco pro-pria nomina sortiuntur/ne eorum personæ sine nominibus sci-re non possint; sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt/a-pud nos etiam nomen a ministerijs trahunt. Michael nanq; quis vt deus: Gabriel autem fortitudo dei: Raphael vero dicitur medi-cina dei. Et quotiens miræ virtutis aliquid agitur; Michael mitti-

Eze. xxviij. (margin)
Ps. ciij. (margin)

perhibetur: vt ex ipso actu & nomine detur intelligi: quia nullus potest facere qđ facere praeualet deus. Vnde & ille antiquus ho-
Esaie. xiiij. stis qui esse deo per superbiā similis cōcupiuit/dicens. In coelum conscendam: super astra coeli exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium: similis ero altissimo: dum in fine mundi in sua virtute relinquitur/extremo supplicio perimendus/cum Michaele archangelo praeliaturus esse perhibetur: sicut per Ioannem dici-
Apo. xij. tur. Factum est praelium cum Michaele archangelo: vt qui se ad dei similitudinem superbus extulerat/per Michaelem perempt⁹ discat: quia ad dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad Mariam quoq; Gabriel mittitur: quia fortitudo dei nominatur. Illum quippe nūciare veniebat: qui ad debellādas aëreas potestates humilis apparere dignatus est de quo per Psalmistam dicitur. Tollite portas principes vestras; & eleuamini portae aeternales; & introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis & potens; dominus potens in praelio. Et rursum. Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Per dei ergo fortidinem nunciandus erat qui virtutum dominus & potens in praelio ad debellādas potestates aëreas veniebat. Raphael quoq; interpretatur (vt dicimus) medicina dei: quia scilicet dum Tobiae oculos quasi per officium curatiōis tetigit/caecitatis illius tersit tenebras. Qui ergo ad curandum mittitur: dignum videlicet fuit vt dei medicina vocaretur. Sed quia Angelorum nomina interpretando perstrinximus nunc superest vt ipsa officiorum vocabula breuiter exequamur. Virtutes enim vocantur illi nimirum spiritu: per quos signa & miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocātur/hi qui hoc potentius caeteris in suo ordine perceperunt: vt eorum dicioni virtutes aduersae subiectae sint quorum potestate refrenantur; ne corda hominum tantum tentare valeant: quātum volunt. Principatus etiam vocantur; qui ipsis quoq; bonis Angelorū spiritib⁹ praesunt: qui subiectis alijs dum quaeq; sunt agenda disponunt: eis ad explenda mysteria principantur. Dominationes autem vocantur qui etiam potestates principatum dissimilitudine alta transcēdunt. Nam principari est inter reliquos priorem existere: dominari vero est etiam subiectos possidere. Ea ergo Angelorū agmina quae mira potentia praeminent: pro eo q̄ eis caetera ad obediendum subiecta sunt; dominatiōes vocanт. Throni quoq; illa agmi-

ni quoqꝫ illa agmina sunt vocata: quibus ad exercēdum iudicium semper deus omnipotēs pręsidet. Quia enim thronos/latino eloquio sedes dicim⁹: Throni dei dicti sunt hi qui tāta Diuinitatis grā replentur: vt in eis dominus sedeat & per eos sua iudicia decernat. Ps.ix. Vnde & per Psalmistam dicitur. Sedes super Thronū: qui iudicas æquitatem. Cherubim quoqꝫ plenitudo scientiæ dicitur: & sublimiora illa agmina idcirco Cherubim vocata sunt: quia tanto perfectiori sciētia plena sunt: quanto claritatem dei vicinis cōtemplantur: vt secundum creaturæ modum eo plene omnia sciant: quo visione creatoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphim etiam vocātur illa sanctorum spirituum agmina: quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore Seraphim nanqꝫ ardentes; vel incendentes vocantur. Quæ quia ita Deo cōiuncta sunt; vt inter hæc & Deum nulli alij spirit⁹ intersint: tanto magis ardent: quanto hunc vicinius vident. Quorum profecto flamma amor est; quia quo subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciunt; eo validius in eius amore flammescunt. Sed quid prodest nos de Angelicis spiritibus ista perstringere: si non studeamus hæc etiam ad nostros profectus congrua consideratione deriuare. Quia enim superna ciuitas illa ex angelis & hominibus cōstat: ad quam tantum credimus humanum genus ascendere: quātos illic contingit electos Angelos remansisse/sicut scriptum est. Statuit terminos gētium se[...]dum numerum Angeloꝝ. Dei: debemus & nos aliquid ex illis distinctionibus supernoꝝ ciuiū ad vsum nostræ cōuersationis trahere: nosqꝫ ipsos ad incrementa virtutum bonis studijs inflammare. Quia enim tanta illuc ascensura creditur multitudo hominum: quanta multitudo remansit angelorum: superest vt ipsi quoqꝫ homines qui ad cœlestem patriā redeunt: ex eis agminib⁹ aliquid illud reuertētes imitētur. Distinctæ nāqꝫ conuersationes hominum singulorum agminum ordinib⁹ cōgruunt: & in eorum sortem per conuersationis similitudinē deputantur. Nam sunt plæriqꝫ qui parua capiunt; se tamen hæc eadem praua pie annunciare fratribus non desistunt. Isti itaqꝫ in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli qui diuinæ largitatis munere refecti/secretorū cœlestium summa & capere præualēt & nūciare. Quo igitur isti/nisi inter Archāgeloꝝ numerum deputantur? Et sunt alij: qui mira faciunt signa: valenter operantur. Quo igitur isti/nisi ad supernarum virtutum sortem & nume

Deut.xxxij.

rũm congruunt? Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant: eosq́ʒ virtute orationis & vi acceptae potestatis ejiciunt. Quo itaqʒ isti meritum suum/ nisi inter potestatum cœlestium numerum sortiuntur? Et sunt nõnulli qui acceptis virtutibus electorum etiam hominum merita transcendũt cũqʒ & bonis meliores sunt/ electis quoqʒ fratribus principantur. Quo ergo sortem suam nisi inter principatum numeros acceperunt? Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis vitijs/ omnibusqʒ desiderijs dominantur: vt in ipso iure mundiciae dij inter homines vocentur. Vnde & ad Moysen dicitur. Ecce constitui te deum Pharaonis. Quo ergo isti/ nisi inter numeros dominantium currunt?

Exo.vij.a. Et sunt nonnulli; qui dum sibimetipsis vigilanti cura dominantur; dumqʒ se sollicita intentione discutiunt/ diuino timori semper inhaerentes; hoc in munere virtutis accipiunt: vt iudicare recte & alios possint. Quorum profecto mentibus dum diuina contemplatio praesto est: in his velut in throno suo domin⁹ praesidẽs aliorũ facta examinat; & cũcta mirabiliter de sua sede dispẽsat. Quid ergo isti/ nisi throni sui cõditoris sunt? Vel quo nisi ad supernarũ sedium numeros ascribuntur? Per quos dum sancta Ecclesia regitur: plaerumqʒ de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi iudicantur. Et sunt nonnulli qui tanta dei & proximi dilectione pleni sunt; vt cherubim iure nominentur. Quia enim (vt praefati sumus) cherubim plenitudo scientię dicitur: & Paulo dicente didici

Ro.xiij. mus. Quia plenitudo legis est dilectio: omnes qui dei & proximi charitate caeteris amplius pleni sunt/ meritorum suorum sortem inter cherubim numeros perceperunt. Et sunt nõnulli qui supernae contemplationis facibus accensi/ in solo conditoris sui desiderio anhelant/ nil iam in hoc mundo cupiunt; sed solo aeternitatis amore pascuntur/ terrena quaeqʒ abijciunt; cuncta tẽporalia mente trãsccendunt/ amant & ardẽt; atqʒ in ipo suo ardore requiescũt; amando ardent/ loquendo alios accendũt. & quos verbo tangũt/ ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi Seraphim dixerim; quorum cor in igne conuersum lucet & vrit: quia & mentium oculos ad superna illuminant: & compungendo in fletibus vitiorum rubiginem purgant? Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt quo nisi inter Seraphim numerũ sortem suae vocationis acceperunt? Sed haec fratres charissimi me loquente introrsus; vos ad vosmetipsos reducite/ secreto-

rum vestrorum merita: cogitationesq; discutite: videte si quid boni iam vobiscum intus agitis; videte si in numero horum agminum quæ breuiter tangẽdo perstrinximus/ sortem vestræ vocationis inuenitis. Væ aũt animæ quæ in se de his bonis quę enumerauimus minime aliquid recognoscit: eiq; adhuc væ deterius imminet; si & priuatã se donis intelligit; & nequaq; gemit. Quisquis ergo talis est fratres mei: gemendus est valde: quia nõ gemit. Pensemus ergo accepta electorum munera: & virtute qua possumus ad amorem tãtæ sortis anhelemus. Qui in se donorum gratiam minime recognoscit; gemat: qui vero in se minora cognoscit; maiora alijs non inuideat: quia & supernæ istę distinctiones beatorũ spirituum; ita sunt conditæ; vt aliæ alijs sint prælatæ. Fertur vero Dionysius ariopagita antiquus; videlicet & venerabilis pater dicere; q ex minorib⁹ angelorũ agminib⁹; foras ad explendũ ministerium; vel visibiliter; vel inuisibiliter mittuntur; scilicet: quia ad humana solatia: aut angeli; aut archangeli veniunt. Nam superiora illa agmina ab intimis nunq; recedunt; quoniam ea quæ præeminent; vsum exterioris ministerij nequaq; habent. Cui rei illud videt̃ contrariũ qd̃ Esaias dicit. Volauit ad me vnus de seraphim & in manu eius calculus: quem forcipe tulerat de altari: & tetigit os meum. Sed in hac prophetæ sententia vult intelligi: quia hi spiritus qui mittuntur: eorũ vocabulum percipiunt, quorũ officium gerunt: quia enim vt peccata locutionis incẽdat/ de altari angelus carbonem portat: seraphim vocatur: qd̃ incendium dicitur. Huic autẽ sensui: & illud creditur non inconuenienter opitulari qd̃ per Danielem dicitur. Millia millium ministrabãt ei: & decies millies cẽtena millia assistebãt ei. Aliud nãq; est ministrare: aliud assistere Hi ministrant deo: qui & ad nos nunciando exeunt: assistũt vero qui sic contemplatione intima perfruuntur: vt ad explenda foris opera minime mittantur. Sed quia in quibusdam scripturæ locis quædam per cherubim: quædã vero per seraphim agi didicim⁹: vtrũ per se hæc faciãt/ an per subiecta agmina agantur: quæ sicut dicitur in eo qd̃ a maioribus veniunt/ maiora vocabula sortiuntur; nos affirmare nolumus: qd̃ apertis testimonijs non approbamus. Hoc tñ certissimum scimus: quia ad explendum de supernis ministerium/ alij spirit⁹ alios mittũt: zacharias (scilicet) propheta testãte; qui ait. Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur: & alius angelus egrediebatur in occursum eius/ & dixit ad eum.

Esa.vi. (margin, beside "Volauit ad me vnus de seraphim")
Dan.vij.c. (margin, beside "Millia millium")
Zach.ij. (margin, beside "Ecce angelus")

Curre; & loquere ad puerũ istũ; dicẽs. Absq; muro habitabit ieru salẽ: dũ eñ angel⁹ ad angelũ dicit. Curre & loquere; dubiũ nõ est: quia alius aliũ mittit. Minora vero sunt quæ mittunt; maiora quę mittũt. Sed hoc quoq; de ipsis agminibus quæ mittunt certũ tene mus: qa & cũ ad nos veniũt: sic exterius explẽt ministeriũ: vt tamẽ nũq; desinit interi⁹ p cõtemplationẽ. Et mittunt igitur & assistũt: quia & sic circunscript⁹ est angelicus spũs; summus tñ spũs nõ est. Angeli itaq; & missi ante ipsum sunt: quia quolibet missi veniãt; intra ipsum currunt. Sciendũ quoq; est quia plærũq; ipsi beatorũ spirituũ ordines; vicinorum sibi ordinum vocabula sortiuntur. Thronos enim scilicet sedes dei beatorum spirituũ ordinem spe
Ps.lxxix. cialem diximus; & tamẽ per Psalmistam dicitur. Qui sedes super cherubim appare: quia videlicet dũ in istis distinctionib⁹ agminũ cherubim thronis iungunt: sedere etiam super cherubim dñs ex vicini agminis æqualitate perhibet. Sic quippe in illa summa ciuitate specialia quædam singulorum sunt: vt tamen sint cõmunia omnium: & qđ in se quisq; ex parte habet; hoc in alio ordine totũ possideat. Sed idcirco vno eodẽq; vocabulo cõmuniter non censent: vt ille ordo vocari priuato vniuscuiusq; rei nomine debeat: qui hãc in munere plenius accepit. Seraphim nãq; incendiũ diximus: & tamen amore conditoris simul omnes ardent. Cherubim plenitudinem sciẽtiæ diximus: & tamen quis ibi aliquid nesciat vbi ipsum simul omnes fontem scientiæ deum vidẽt? Throni illa agmina quoq; quibus conditor præsidet vocãtur: sed beatus esse quis potest; nisi creator suus eius menti præsideat? Quę ergo ex parte ab omnibus habentur; eis in priuato nomine data sunt: qui hæc in munere plenius acceperũt. Nã & si qua illic sic allij habẽt: vt haberi ab alio nequaq; possint: sicut speciali nomine dominationes & principatus vocãtur: cũcta ibi singulorũ sunt: quia p charitatem spũs ab alio in alijs habent. Sed ecce dum cœlestiũ ciuiũ secreta rimamur; ab expositionis nřę ordine: lõge digressi sumus. Suspiremus ergo ad eos de quib⁹ loquimur; sed redeam⁹ ad nos. Meminisse etenim debemus: quia caro sumus. Taceam⁹ interim de secretis cœli: sed ante cõditoris oculos manu pœnitentię tergamus maculas pulueris nostri. Ecce ipsa diuina misericordia polli-
Luce.xv.b. cetur; dicẽs. Gaudiũ erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiã
Eze.xxxiij. agente: & tamen per prophetam dñs dicit. Quia quacũq; die iustus peccauerit; omnes iusticię eius in obliuionem erunt corã me.

Pensemus si possumus dispensationẽ supernæ pietatis. Stantibus si ceciderint minatur pœnã: lapsis vero vt resurgere appetãt; promittit misericordiã. Illos terret ne præsumãt in bonis: iustos refouet ne desperẽt in malis. Iustus es? irã pertimescere corruas. Peccator es? pręsume de misericordia; vt resurgas. Ecce aũt iam lapsi sumus; stare nequaq̃ voluimus: in prauis nostris desiderijs iacemus. Sed qui nos rectos condidit: adhuc expectat & prouocat; vt resurgamus. Sinum suæ pietatis apperit: nos quoq; ad se recipere per pœnitentiam quærit. Sed pœnitentiam agere dignę nõ possumus; nisi modum quoq; eiusdẽ pœnitentiæ cognoscamus. Pœnitentiam quippe agere: est & perpetrata mala plangere; & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat; vt tamẽ alia cõmittat; adhuc pœnitentiã agere; aut ignorat; aut dissimulat. Quid enim ꝓdest si peccata quis luxuriæ defleat; & tamen adhuc auariciæ æstibus anhelat? Aut quid ꝓdest si auariciæ culpas iã lugeat: & tamen inuidię facibus tabescat? Sed minus est valde quod dicimus: vt qui peccata deplorat; plorando minime committat: & qui plangit vicium: perpetrare: vicia timeat. Nam cogitandũ summo pere est: vt qui se illicita meminit commisisse; á quibusdam etiam licitis studeat abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciat: vt qui commisit prohibita / sibimetipsi abscindere debeat etiam concessa: & se repræhendat in minimis: quem meminit in maximis deliquisse. Nimia sunt hæc quæ loquor: si hęc ex sacri eloquij testimonio non affirmo. Lex certe veteris testamenti alienam vxorem concupisci prohibuit: á rege vero fortia iuberi militibus; vel desiderari aquam non pœnaliter vetat. Et cuncti nouimus; q̃ Dauid mucrone concupiscentiæ transfixus; alienam coniugem; & appetiuit; & abstulit. Cuius culpam digna verbera sunt secuta. & malũ quod perpetrauit; ꝑ pœnitẽtiæ lamenta correxit. Qui cũ longo post contra hostium cuneos sederet: aquam bibere ex eorum cisterna ex desiderio voluit. Cuius electi milites inter cateruas aduersantium medias erumpens: aquam quam rex desiderauerat detulerũt illæsi. Sed vir flagellis eruditus: semetipsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit; eamq; domino fundens libauit: sicut illic scriptum est. Libauit eã dño In sacrificio quippe domini effusa est aqua & conuersa: quia culpã concupiscentiæ mactauit ꝑ pœnitentiã reprehensionis suę. ij. Re. xxiij.
Qui ergo quõdam cõcupiscere alienã cõiugem nequaq̃ timuit;

post etiam quia aquam concupiscit; expauit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat; contra semetipsum iam rigidus etiam á licitis abstinebat. Sic sic pœnitẽtiam agamus: vt ea quę commisimus perfecte defleamus. Pensemus super nos diuitias conditoris nostri: peccare nos vidit & pertulit. Qui nos ante culpam peccare prohibuit: etiã post culpam expectare ad veniam; non desistit. Ecce ipsos nos quem despexerimus vocat: auersi ab illo sumus: &
Esaie.xxx. tamen non auertitur. Vnde & bene per Esaiam dicit̃. Et erũt oculi tui videntes præceptorem tuum; & aures tuæ audient vocem post tergum monẽtis. Quasi in faciem suam homo monitus est: quando ad iusticiam conditus præcepta rectitudinis accepit. Sed cum hæc eadem præcepta cõtempsit: quasi conditori suo dorsum mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc sequitur: post tergum monet: quia iam & à nobis contemptus est; & tamẽ nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum in faciem eius dedimus; cuius verba despicimus; cuius præcepta calcamus. Sed stans post tergum nos auersos reuocat: quia & videt; q̃ despicit̃; & tamen per præcepta clamat; per patientiam expectat. Pensate ergo fratres charissimi si cuilibet vestrũ loquenti famulus superbiret; terga in faciem mitteret: nunquid non contemptus dominus eius superbiam feriret; vulnera districtæ animaduersionis infligeret? Ecce nos peccando autori nostro terga in faciem dedimus: & tamen sustinemur. Superbę auersos benigne reuocat: & q̃ ferire nos auersantes potuit; vt redeamus munera; promittit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duriciã nostri reat⁹ emolliat: vt homo qui malum quod fecit experiri percussus poterat; saltem expectat⁹ erubescat. Rem fratres breuiter refero; quam viro venerabili Maximiano; tũc patre monasterij mei atq; presbytero: nũc autem Syracusano episcopo narrante cognoui. Hanc itaq; si solerter auditis; charitatis vestræ non breuiter suffragari credo. Nostris vero tẽporibus Victorinus quidam extitit: qui alio quoq; nomine Aemilian⁹ appellatus est: non inopis substantiæ iuxta mediocritatem vitæ. Sed quia plærumq; regnat in rerum opulentia carnis culpa; in quodam facinore lapsus est; quod debuisset valde ptimescere: ac de suæ mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compũctus: erexit se contra se; mundi huius omnia dereliquit; monasterium petijt. In quo nimirum monasterio tãtæ humilitatis; tantęq; districtionis extitit; vt cũcti fratres qui illic ad amorẽ diuinitatis ex

creuerant/ſuam cogerentur vitam deſpicere/dum illius pœniten tiam viderent. Studuit namqꝫ toto mẽtis anniſu cruciare carnem: voluptates proprias frangere:furtiuas orationes quærere/quoti dianis ſe lachrymis lauare/deſpectum ſui appetere:oblatam a fra tribus venerationem timere. Hic itaqꝫ nocturnas fratrum vigi lias præuenire conſueuerat. Et quia mons in quo monaſterium ſitum eſt ex vno latere;in ſecretiori parte prominebat: illuc con ſuetudinem fecerat ante vigilias egredi:vt ſe quotidie in fletu pœ nitentiæ quanto ſecretius/tanto liberius mactaret. Contemplaba tur namqꝫ diſtrictionem venturi iudicis ſui;ac iam eidem iudici cõ cordãs;puniebat in lachrymis reatum facinoris ſui. Quadam ve ro nocte Abbas monaſterij vigilãs:hunc latenter egredientem in tuitus;lento foras pede ſecutus eſt. Quem cum in ſecreto montis latére cerneret in oratione proſtratũ/expectare voluit quãdo ſur geret:vt ipſam quoqꝫ longanimitatem orationis eius exploraret. Tum ſubito lux cœlitus emiſſa ſuper eum fuſa eſt;qui in oratione proſtratus iacebat:tantaqꝫ ſe in illo loco claritas ſparſit;vt tota pars regionis illius ex eadem luce candeſceret. Quam Abbas:vt vidit intremuit & fugit. Cumqꝫ poſt longum horæ ſpacium iſdem fra ter ad monaſteriũ rediſſet: Abbas ei⁹ vt diſceret;an ſup ſe effuſio nem tanti luminis agnouiſſet:requirere eum ſtuduit:dicens. Vbi fuiſti frater? At ille latére ſe poſſe credens;in monaſterio ſe fuiſſe re ſpondit. Quo negante abbas compulſus eſt dicere quid vidiſſet. At ille ſe videns deprehenſum:hoc quoqꝫ quod abbatem latebat aperuit:adiungens. Quando ſuper me vidiſti lumẽ de cœlo deſcẽ dere;vox etiam pariter venit;dicens. Dimiſſum eſt tibi peccatum tuum. Et quidem omnipotens deus peccatum eius potuit tacen do relaxare:ſed loquendo per vocem;radiando per lumen exem plo ſuæ miſericordiæ;noſtra ad pœnitentiam voluit corda cõuer tere. Miramur fratres chariſſimi;ꝙ perſecutorem ſuum Saulum domin⁹ de cœlo ꝓſtrauit;de cœlo allocutus eſt. Ecce noſtris quoqꝫ temporibus peccator & pœnitens vocem de cœleſtibus audiuit. Actuum.ix.
Illi dictum eſt:quid me perſequeris:iſte vero meruit audire;dimiſ ſum eſt tibi peccatum tuum. Longe eſt inferior meritis peccator pœnitẽs iſte:ꝙ̃ Paul⁹. Sed quia adhuc in hac re de ſaulo loquimur crudelitatem necis anhelãte:liceat audenter dicere quia Saulus ꝓ pter ſuperbiam vocem increpationis:iſte vero propter humilita tem vocem conſolationis audiuit. Hunc quia humilitas ſtrauerat

diuina pietas erigebat. Illum quia superbia erexerat; diuina seueritas humiliabat. Habete ergo fratres mei fiduciam de misericordia conditoris nostri; cogitate quæ facitis; recogitate quæ fecistis. Largitatem supernæ pietatis aspicite; & ad misericordẽ iudicem dum adhuc expectat cum lachrymis venite. Considerantes namq́ꝫ ꝙ iustus sit/peccata vestra nolite negligere. Considerantes vero ꝙ pius sit; nolite desperare. Præbet apud deum homini fiduciam deus homo. Est nobis spes magna pœnitentibus: quia aduocatus noster factus est iudex noster. Qui viuit & regnat cum deo patre in vnitate spiritussancti Deus Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

LAVS DEO.

EXPLICITAE SVNT HOMILIAE
diuersorum Doctorum in Segmẽta ex quattuor EVANGELISTIS exerpta
Quæ diebus Dominicis per
Annum cantantur: De
nouo Emendatæ;
auctæ; annotatæ
& nuper Impressæ.

Apud Inclitam GARNATAM
Mense Decembri.
D.xxxiiij.



TABVLA AD PROMPTIVS inueniendum Euangelia & Homilias quae in hoc libro secũdum numerum foliorum ordine Alphabetico.





Finis Tabulæ.

EXHORTATIO

Aethereũ q̃cũq; cupis cõscẽdere regnũ

Ex his difficilem tu tibi sume viam.



AD VIRTVTEM,

Preclusa est nulli Virtus, patet omnibus, aurum
Aut donum, aut censum: quęrit & illa minus
Ast homine est nudo tantum contenta, volenti,
Ergo nec durum cuilibet esse bono.